Aristotelous peri poiētikēs = Aristotelis de poetica liber ex versione Theodori Goulstoni. Lectionis varietatem e Codd. IV. Bibliothecæ Mediceæ, verborum indicem et observationes suas adjunxit T. Winstanley, A. M. Coll. Hert. Soc.

Contributors

Aristotle.
Winstanley, Thomas, 1749-1823
Goulston, Theodore, approximately 1575-1632 (Translator)
Royal College of Physicians of London

Publication/Creation

Oxonii : E typographeo Clarendoniano, 1780.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/ywkph738

Provider

Royal College of Physicians

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by Royal College of Physicians, London. The original may be consulted at Royal College of Physicians, London. where the originals may be consulted.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

HONORIS

CAUSÂ

RR C08 (Goulston)

STA COLL C 08 GOU



48.e.11

Digitized by the Internet Archive
in 2015

https://archive.org/details/b24992008

48. e. 11

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΠΕΡΙ

ΠΟΙΗΤΙΚΗΣ.

ARISTOTELIS

DE

POETICA

LIBER

EX VERSIONE

THEODORI GOULSTONI.

Lectionis varietatem e Codd. IV. Bibliothecæ Mediceæ, Verborum Indicem et Observationes suas adjunxit

T. WINSTANLEY, A.M.
Coll. Hert. Soc.

OXONII,
E Typographeo Clarendoniano.
M DCC LXXX.

COLLEGE OF PHYSICIANS

STA COLL

ROYAL COLLEGE OF PHYSICIANS LIBRARY

CLASS	108 GOU
ACCN.	28290
SOURCE	
DATE	

Goulston

ORNATISSIMO VIRO

GUIL. BANKES A. M. ARM.

DE WINSTANLEY

IN AGRIS LANCASTRIENSIBUS

BONARUM ARTIUM ÆSTIMATORI OPTIMO

MORUM INTEGRITATE PRUDENTIA COMITATE

ADMODUM SPECTABILI

FAUTORI SUO IMPRIMIS COLENDO

AMICO CERTISSIMO

HOC QUALECUNQUE OPUSCULUM

PRO TALIBUS MERITIS LEVIDENSE MUNUS

IN AMICITIÆ GRATIQ. ANIMI

TESTIMONIUM

EA QUA PAR EST REVERENTIA

OFFERT DICAT DEDICAT

EDITOR.

PRÆFATIO.

QUID in hac Editione libelli vere aurei exornanda perfecerim, nonnulla ſunt, quæ Lectorem benevolum in anteceſſum admonitum velim.

Contextum ad Editionem Uptonianam, longe omnium emendatiſſimam, ita exprimendum curavi, ut ſublatis operarum vitiis emendatior prodiret. Neque tamen profecto is ſum, qui eum ſuis nævis carere exiſtimem : ſcilicet, ut Homo, ita liber ille optimus eſt, qui minimis urgetur.

Adnotationes ab eodem Uptono undequaque collectas eo conſilio repetere volui, ut eorum nihil, quibus illa editio commendatur, noſtræ deeſſet. Alias ex aliis Commentatoribus ut Madio, Robortello, Victorio, Benio, Caſtelvetrio, Piccolhomineo, Dacerio, Batteuſio, Salazio, Curtio, Ordonio, Florio, ad faſtidium uſque corradere nullo negotio potuiſſem. Sed hos, mole, ut plurimum, formidanda libros, re parum utiles, ſi unum aut alterum excipias, perfunctorio tantum opere evolvi, ne in labore ineptiarum occupatus fuiſſe viderer.

Earum igitur Obſervationum, quæ huic operi ſubjiciuntur, maxima pars me habet auctorem, in quibus is mihi præcipue animus fuit,

ut

ut Ariſtotelem, quem illuſtrando Itali obſcurarant, emaculando turpiter fœdarat Heinſius, retentis, quantum ejus fieri potuit, veteri lectione, atque ejuſdem ſenſu illo, qui maxime obvius fuit, ſibi reſtituerem. Nonnulla tamen in auctore, qui certe πολλοῖς ἔλκεσι βρύει, ipſe conjectura ductus, ita emendavi dicam? an potius immutavi, ut ex iis ſententia aliqua, quæ in editis nulla fuit, erueretur: alia vulgo receptis fortaſſe meliora ſuppeditarunt variantes lectiones, quas e Codd. quatuor Bibliothecæ Mediceæ excitatas humaniſſime mecum communicavit Vir inter paucos linguæ Græcæ peritiſſimus, de cujus amicitia eſt quod mihi ſerio gratuler, A. M. Bandinius J. U. D. ejus Bibliothecæ et publicæ Marucellianæ Cuſtos doctiſſimus.

Horum Codicum nec valde priſca, nec recente adeo manu exaratorum notationem in literis ad me datis ita fecit ipſe Bandinius:

"Ad Codices vero quod attinet, eos diligentiſſime contulimus, ſervato ordine, quem in Bibliotheca obtinent; ſunt autem iſti:

I. Codex XIV. Plutei XXXI. chartaceus in 4. majori, Sæc. XV. charactere grandiori exaratus, optimeque ſervatus, cum correctionibus quibuſdam valde raris ab eadem manu, in quo potiſſimum amanuenſis peccavit, quod identidem in exſcribendo ſimilitudine alicujus vocis deceptus, aliquas dictiones, interdum etiam in-

integras periodos prætermiſit, ut ſuis jam locis adnotavimus; præterea voces quaſdam aliquanto obſcuriores in lacuna reliquit.

II. Cod. XIV. Plut. LX. chartaceus in 4. min. Sæc. XV. charactere perſpicuo, optime ſervatus, in quo præpoſitiones interdum videas accentibus deſtitutas, ita ut διαμέλως pro διὰ μέλως, διαμέτρων pro διὰ μέτρων exhibeat; quod nos, niſi ubi ſententiæ mutatio fieret, adnotare ſupervacaneum duximus. Habet præterea ſummaria quædam in margine rubricata: Græca quidem ejuſdem manus, Latina vero Angeli Politiani, cujus erat Codex, ut ejus ex epigraphe adparet. Hunc autem, ut a ſuperiori Codice, qui eòdem numero XIV. prænotatur, diſtingueremus, in variantibus Romano numero deſignavimus.

III. Codex XVI. Plut. LX. Chartac. in 4. min. Sæc. XV. charactere minuto exaratus, correctionibus quibuſdam ab eadem manu et ſummariis rubricatis in margine.

IV. Codex XXI. Plut. LX. chartac. in 4. min. Sæc. XV. litera grandiori, cum ſummariis Græcis in margine rubricatis ab eadem manu et aliis Latinis. Scatet autem correctionibus, quæ, ut plurimum, cum edita lectione conveniunt."

Præter has, variantes lectiones ex editione principe Aldina hujuſce libelli, uti et alias, quæ quidem alicujus momenti eſſe videbantur, ex Verſione antiqua Valliana, anno 1498. id eſt, ante ipſum Ariſtotelem, edita nunc primum col-

collegi. De hac verſione, quæ, cum verbum de verbo reddat fidus nimis interpres, inſtar MSpti habenda eſt, vide Maittaire Annales Typograph. T. I. p. 661.

His denique paraphraſin Goulſtonianam, et, ex quorumdam amicorum rogatu, verborum Indicem, Tyronibus, uti ſpero, non inidoneum, mihi ſaltem laborioſum, adjeci.

Ne vero plures Obſervationes ad ſenſum auctoris, qui ab Enarratoribus pleriſque omnibus, ne ipſo quidem Goulſtono excepto, male habetur, elucidandum adderentur, obſtitit Editoris oculorum et valetudinis infirmitas. Ea de cauſa et quia librum hunc in molem excreſcere nolui multa hujuſmodi, ab aliis occupata, conſulto omiſi, ut e. gr. quæ de Sophrone præclare egit ſummus Valckenaer in Adnotat. ad Argum. Adoniazus. Theocriti; de Nomo et Dithyrambis Auctor Tractatus de Decreto Lacedæmoniorum contra Timotheum Mileſium; necnon Hagedorn in Abhandlung von den Liedern der alten Griechen Oper. T. III. p. 201. ſq. excultiſſimo ingenio viri; de Heracleide, Theſeide et parva Iliade Cl. Heyne, Excurſ. ad Virg. Æn. II. T. II. p. 220. de Conjunctione et aliis nonnullis ad Grammaticam potiſſimum ſpectantibus, in Hermete J. Harris, Sareſburienſis, vir, ſi quis alius, ἀριστοτελικώτατος, &c.

Tu vero, Lector, vale atque huic noſtro labori, quantuluſcunque is demum ſit, fave.

RATIONES HEINSIANÆ CUR ORDINEM VULGATUM IMMUTAVERIT;

QUÆ, CUM NIMIS ESSENT LONGÆ, QUAM UT NOTIS COMMODE POSSENT INSERI, HUIC LOCO IN GRATIAM DOCTORUM APPONUNTUR.

CAP. VI.

Jam vero ad eum pervenimus locum, in quo aut neceſſe eſt aliquid nobis debeant eruditi, qui fœdiſſimam aliquot capitum hujus libri tranſpoſitionem, ſine quo inutilia prope omnia erant, quæ divinitus à maximo virorum de Tragœdia ejuſque partibus dicuntur, primi advertimus, aut ut doctis rationibus, ea quæ dicuntur, confutent. Quare, ut, quod inſtituimus, Lectori probemus, totum ordinem, quem ſecuti ſumus, in ipſo contextu, expreſſimus obiter. Si quis tamen glandes poſt ariſtas malit, iis fruatur. Sed de eo jam agamus.

CAPITE ſexto, poſt imitationem quam Hexametram Philoſophus vocat, de tragœdia agere incipit, cujus definitionem proponit. Ac primo in ipſa definitione, quædam quæ obſcuriora videbantur, illuſtrat, Secundo, ex eadem partes qualitatis elicit: quas primo ἀναλυτικῶς mox σωιθετικῶς proponit. Illius methodi reſpectu, conſtitutio

Tragœdiæ, Fabulam quam vocat, poſtrema eſt, cum ſit præcipua: hujus vero prima. Partes autem qualitatis, hæ ſunt: Fabula, Mores, Sententiæ, Dictio, Apparatus, Modulatio. Quem deinde ordinem in explicatione ſingulorum perſequitur & ſervat. Sex autem eſſe partes tantum, neque plures, tribus in imitatione differentiis probat, quas initio libelli poſuerat, οἷς, ὡς, ἅ. Prima inſtrumentum quo imitamur ſignificatur: quo Apparatum ac Modulationem refert. Secunda modus denotatur, è quo imitatio diverſitatem ſumit: eo autem Sermo refertur. Tertia Materies, ſive Subjectum, denotatur: quo Fabula, Mores & Sententia eſt referenda. Deinde præcipuam eſſe partem, Fabulam, ſive ipſam conſtitutionem, oſtendit; quod graviſſimis eodem capite argumentis probat: donec præcipuam in Tragœdia, & quaſi animam, conſtitutionem eſſe concludat. Secundo loco Mores ponit, quod & faciendum, ſimilitudine præclara oſtendit. Tertio Sententiam, cujus obiter occaſione, Morum & Sententiæ oſtendit differentiam. Quarto dictionem, Partibus poſtremo minus eſſentialibus ſuum ſimul tribuit locum. Quæ ſunt Modulatio & Apparatus.

Huc uſque nempe ad finem capitis ſexti ſecutus eſt ordinem, vulgatis Editionibus ſervatum.

CAP. VII.

Capite ſeptimo, quod tranſpoſitum, ut poſtea oſtendemus, à librario erat, definiti illuſtrandi cauſa, partes quantitatis ponit, ſine quibus partes ſuperiores intelligi non poterant. Quæ ſunt, Prologus, Epiſodium, Exodus, Chorus. Cujus Chori duas ſtatuit partes: deinde & ſingulas obiter exponit, & eodem capite abſolvit. Neque eſſentiales enim, de quibus fuſe acturus erat, & totam ex iis expli-

explicaturus Tragœdiæ eſſentiam, abſolvere partes poterat; præcipue autem præcipuam; Fabulam nimirum, ſive Conſtitutionem niſi prius Epiſodium quid eſſet, quid Chorus, quorum ſæpe mentionem in præceptis facit, quæ de prima parte eſſentiali erant, obiter propoſuiſſet. Ut cum, quis ἐπεισοδιώδης μῦθος ſit, docet. Quod profecto intellexiſſet nemo niſi qui, quid eſſet Epiſodium, jam ante didiciſſet.

Caput Septimum in Editione Heinſiana, *cum his verbis incipit*, Μέρη δὲ τραγῳδίας, οἷς μὲν ὡς εἴδεσι δεῖ χρῆσθαι, πρότερον εἴπομεν: *& pertingit uſque ad iſta*, Κατὰ δὲ τὸ ποσὸν καὶ εἰς ἃ διαιρεῖται κεχωρισμένα, ταῦτ' ἐστί.

CAP. VIII.

Capite octavo, primam eſſentiæ aggreditur partem: idque è definitionis fundamento. Integræ enim & abſolutæ actionis imitationem eſſe Tragœdiam, dictum erat. Hinc pulcherrima de juſta actionis magnitudine, ſive de Periodo, oritur quæſtio. Cum enim totum ſine magnitudine eſſe aliquid poſſit (totum enim eſt, quod principium, medium & finem habet) nihil autem pulchrum ſit ſine magnitudine aliqua & ordine; rurſus magnitudine nimia ſenſus diffundantur, ſicut parvitate confunduntur nimia, cum vix ſentiant; terminum juſtæ invenire conſtitutionis in Tragœdia neceſſe eſt: quam ex ipſa Fabula & arte, non extrinſecus petendam docet. Ac poſtremo concludit, ἐν ὅσῳ μεγέθει, καθ' τὸ εἰκὸς ἢ τὸ ἀναγκαῖον ἐφεξῆς γινομένων, συμβαίνῃ εἰς εὐτυχίαν ἐκ δυσυχίας, ἢ ἐξ εὐτυχίας εἰς δυσυχίαν μεταβάλλειν, ἱκανὸς ὅρος ὁ τοῦ μεγέθους.

Caput Octavum idem eſt, ac Septimum in vulgatis editionibus.

CAP. IX.

Cum Tragœdia autem ut abſolutæ, ita unius actionis ſit imitatio (quod in definitione dictum) illud etiam videndum erat, quæ ſit una actio. Qua occaſione eorum notat errorem, qui unius actionem unam actionem eſſe exiſtimaſſent; cum ab uno & eodem multa quoque fiant, quæ ſunt multum inter ſe diverſa, neque ulla cohærent ratione. In hac parte erraſſe eos notat, qui aut Herculis aut Theſei omnes complexi actiones fuerant, quod unam eſſe unius actionem credidiſſent. Monet ergo, ſicut reliquæ, quæ imitantur artes, unam imitantur: ita & conſtitutionem in Dramate, quandoquidem unius actionis imitatio eſt; ut totius, ita unius debere eſſe: plura enim recte conjungi non poſſe. Et quandoquidem, quemadmodum ſine magnitudine, ſic ſine ordine nihil pulchrum eſt; ita inter ſeſe cohærere unius actionis illius partes debere: ut ſublata aut mutata una, transferatur quoque & mutetur totum. Quia id, quod utrum adſit vel abſit, animadverti non poteſt, pars totius dici revera non poteſt.

Hoc etiam octavo reſpondet: & tria ſequentia capita nono, decimo, undecimoque.

CAP. X.

Capite ſequenti, ut quam non ſit cujuſvis recte actionem conſtituere in Dramate oſtendat, ab hiſtoricis poëtas diſtinguit quod hiſtorici quæ fiunt, poëtæ, ut fieri debent, omnia deſcribunt. Quare & magis ſerium ac grave poëtæ, quam hiſtorici munus eſſe, ſubjungit. Alter enim ſequitur quod factum, alter id quod veriſimile eſt, & poteſt fieri, conſiderat. Siquidem in ſingularibus hiſtoricus, in univerſalibus verſatur poëta. Parvam deinde in Comicorum ac Tragicorum conſtitutione differentiam oſtendit.

oſtendit. Et, ut melius intelligatur, quantum ut quis recte conſtitutionem conſtituat interſit, poëtam non reſpectu numerorum, ſed ipſius couſtitutionis, dici poëtam notat. Et quandoquidem Fabula ſine Epiſodio nulla eſt; Epiſodium autem aut recte, aut contra cum præcipua actione connectitur; conſtitutionem eam abſolutam eſſe, in qua recte Epiſodium cohæret; in qua vero contra, reprehendi, & ab illo vitio Ἐπεισοδιώδη μῦθον vocari oſtendit. Cujus vitii occaſionem tam in bonis quam ineptis oſtendit poëtis. Et cum in poſtrema definitionis parte, conditio illa ad differentiam fuerit poſita, ut commiſeratio & terror, non quidem è narratione, ſed ex ipſa fabula & actionis naſcatur conſtitutione; hanc poſtremam ejus partem exemplo confirmat. Quæ quidem omnia ad actionis conſtitutionem, ſive, τὸν μύθον, primam eſſentiæ partem, manifeſte ſpectant.

CAP. XI.

Capite ſequenti illam eſſentiæ dividere incipit partem. Sicut igitur humanæ actiones, aut ſunt ſimplices ſuique ſimiles ad finem uſque procedunt, aut mutationem aliquam illuſtrem habent, ita Fabula aut Simplex eſt, aut Implexa. Rurſus, Implexæ partes ſunt duæ: quarum alteram Περιπέτειαν, quæ eſt manifeſta in contrarium mutatio; alteram Ἀναγνώρισιν, ſive Agnitionem, dixit. Quas, ut recte adhibeantur, ex ipſis naſci rebus oportere oſtendit: ut vel neceſſario vel veriſimiliter eveniant.

CAP. XII.

Capite duodecimo, partes Conſtitutionis, ſive Fabulæ Implexæ, Peripetiam & Agnitionem exponit. Et priorem, quidem prius. Quam exemplis è Tragœdiis illuſtrat. Deinde & Agnitionem definit. Et ut melius quæ Tragœdiæ ſit propria oſtendat, reliquas excludit. In fine capitis duos Agnitionis ponit modos.

CAP.

CAP. XIII.

Capite tertio & decimo (quod miſerè divulſum eſt, & poſt partem ſecundam eſſentialem, cum ad primam ſpectet, vulgo ponitur; decimum enim & ſextum eſt) Agnitionis, de qua ante egit, exponuntur ſpecies. Cujus initium eſt: Ἀναγνώρισις δὲ πῶν μὲν ὅλων εἴρηται πρότερον. Εἴδη δὲ ἀναγνωρίσεως, &c. hoc eſt, *Agnitio autem quid ſit, ſupra diximus. Species autem illius, hæ ſunt.* Ponit autem quinque; I. Τὰς διὰ σημείων. II. τὰς πεποιημένας ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ. III. τὰς διὰ μνήμης. IV. τὰς ἀφὰ συλλογισμοῦ. V. τὰς ἀφὰ παραλογισμοῦ, de quibus ſingulis accurate.

CAP. XIV.

Capite ſequenti, quod eſt decimum & quartum, ante duodecimum, poſtquam duas Fabulæ implexæ penitus abſolvit partes, quarum poſterior Agnitio, prior Peripetia fuit, tertiam proponit, quæ eſt πάθος, ſive Perturbatio. Cujus capitis initium eſt: Δύο μὲν οὖν τοῦ μύθου μέρη περὶ ταῦτ' ἐστί, περιπέτεια καὶ ἀναγνώρισις· τρίτον δὲ πάθος. Τούτων δή, περιπέτεια καὶ ἀναγνώρισις εἴρηται. Quibus verbis ipſe tranſpoſitionem indicat. Nam ſi præcedenti capite (has diſtinctiones enim ſequimur cum vulgo) de Agnitione ſe egiſſe dicit, cur nunc quinto poſt demum, de hac agit? Eodem capite τοῦ πάθους definitio proponitur; reliqua miſerrime tranſpoſita fuerunt: ut ne quidem de tertia & præcipua fere Fabulæ parte, duobus ſequentibus capitibus Ariſtotelem egiſſe, eruditi ſciverint. Cui enim de Perturbatione ibi agi ſuboluit? Quamvis enim caput unum eſſe, in quo περὶ ἐλεεινοῦ καὶ φοβεροῦ manifeſte ageretur, intelligerent, quaſi in tenebris, connexionem cum ſuperiore capite videre non potuerunt. Videbit autem, qui continuabit definitionem τοῦ πάθους cum ſequentibus hoc modo: Πάθος δέ ἐστι πρᾶξις φθαρτικὴ ἢ ὀδυνηρά· οἷον οἵτε ἐν τῷ φανερῷ θάνα-

θάνατοι, καὶ αἱ περιωδυνίαι καὶ τρώσεις, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ἐπίδηλον δεῖ τοῦτο σωίζεσιν ἐν τῇ καλλίστης τραγῳδίας μὴ ἁπλῆν, ἀλλὰ πεπλεγμένην, ταύτην φοβερῶν καὶ ἐλεεινῶν ἐν μιμητικήν, &c. Oſtendere ergo pergit, (quandoquidem ex ipſa conſtitutione, ſicut duæ ſuperiores partes, hæc quoque eſt petenda) qualis Fabulæ conſtitutio perturbationem adferat; quod futurum, ait, ſi nec boni viri è felicitate in adverſam, nec improbi ex infelicitate in ſecundam, neque valde improbi è felicitate in adverſam incidant fortunam, ſed cum aliquis eorum, qui in dignitate & ſecunda verſantur fortuna, virtute tamen & juſtitia non nimium excellit, non quidem ob improbitatem, ſed flagitium aliquod inſigne, in adverſam incidit fortunam. Quare & deinceps, non omnes admittere hoc Fabulas, ſed paucas, in quibus propterea, reliquis relictis, Tragici poëtæ verſarentur, oſtendit. Etiam laudem τῶν παθῶν Euripidi relinquit: quod movere perturbationes in animo, Tragœdiæ ſit proprium. Et quandoquidem πάθος, ut ex conſtitutione, ita potiſſimum è felicitatis in adverſam fortunam mutatione, aut contra, naſcitur, aliæque conſtitutiones ſimplices, aliæ ſunt duplices; in quibus non modo in adverſam improbi incidunt fortunam, ſed & probi fiunt felices (ſicut Ægiſthus & Clytemneſtra miſeri, Oreſtes & Electra apud Sophoclem, felices) conſtitutionem talem ſimplici poſtponendam, certe in Tragœdia, docet.

CAP. XV.

Cum ſuperiori capite de Perturbatione egiſſet, & ad definitionem Tragœdiæ & eſſentiam ſpectare oſtendiſſet; eam hoc capite, è Tragœdiæ actione non ex Apparatu, ut putant imperiti, petendam docet: id choragi enim, non poëtæ eſſe. Qua occaſione, quales ſint perſonæ quæ movere ſolent τὰ πάθη, docet. Cum ergo ii, qui atrocia inter ſe com-

committunt facinora, aut amici ſint aut inimici, aut neutri, ait Philoſophus, ſi inimicum inimicus interficiat, nullam commiſerationem, niſi reſpectu facinoris, qnod humanum per ſe movet animum, commovebit: ut nec neutro affecti modo ſi fuerint. Reſtat ergo, ut ib ab amicis fiat & conſanguineis. Quemadmodum, cum frater fratrem, filius matrem, mater filiam interficit. Tum enim vehementer excitantur τὰ πάθη. Rurſus, cum qui aliquem interficit, aut eum norit, aut non norit; & qui non novit, aut cum facinus commiſit, poſſit agnoſcere eum, quem ſuſtulit, aut antequam committat; quis ex iſtis modis maxime excitet τὸ πάθος, oſtendit. E quo rurſus prius περὶ ἀναγνωρίσεως egiſſe ſequitur Philoſophum. Quare enim quis ſit uſus illius ἐν τῷ πάθει, doceret, priuſquam, quid illa eſſet, docuiſſet? Hactenus de Perturbatione, & quo pacto illa ad τὸ μῦθον, quæ Tragœdiæ eſt pars prima, ſpectet.

Hoc idem eſt cum capite decimo quarto.

CAP. XVI.

Duobus ſequentibus capitibus, quæ dicenda περὶ τὸ μύθου, primâ Tragœdiæ parte, reſtabant, abſolvit. Quæ capita, diverſa continent præcepta. Quod in ipſo capitis initio Philoſophus profeſſus erat. Ita enim ſcripſerat: ὧν ὃ δεῖ σοφίζεσθαι καὶ ἃ δεῖ συλλαβεῖν σωιςάντας τοὺς μύθους, καὶ πόθεν ἔσται τὸ τῆ τραγῳδίας ἔργον, ἐφεξῆς ἂν εἴη λεκτέον τοῖς γνῶ εἰρημένοις. Quæ verba nunc ad caput prius, quod de Perturbationibus agit, tranſlata ſunt. Itaque περὶ παθῶν definitionem, quibuſdam interpoſitis aliis, ab ipſa doctrina περὶ παθῶν & præceptis diviſerunt. Hoc præterea, ne in iis capitibus, περὶ παθῶν agi, docti adverterent, effecerunt. Falſum enim capitis illius, cui præfixa erant, argumentum continebant. Nulla enim περὶ

τῆς

τῆς μύθων συστάσεως, niſi quatenus ad Fabulam Perturbationes ſpectant, ibi præcepta traduntur: neque πόθεν ἔσται τὸ τῆς τραγῳδίας ἔργον, ſed, πῶς δεῖ τὸ ἐλεεινὸν κινεῖν καὶ φοβερὸν δρῶντας. Ut & capite ſequenti. Quare qui hæc ipſa verba quaſi argumentum capitis illius poſuerunt vehementer aberrarunt. Fumos enim vendiderunt. Cum enim capite ſequenti ita conjungenda erant: ὧν ὃ δεῖ σχολάζεσθαι καὶ ἃ δεῖ συλαβεῖσθαι συνιστάντας τοὺς μύθους, καὶ πόθεν ἔσται τὸ τῆς τραγῳδίας ἔργον, ἐφεξῆς ἂν εἴη λεκτέον τοῖς νοῦν ἔχουσιν. Δεῖ δὲ τοὺς μύθους συνιστάναι καὶ τῇ λέξει ἀπεργάζεσθαι ὅτι μάλιστα πρὸ ὀμμάτων πιθέμενον. Si quis quærat, quid duobus illis agatur capitibus: hoc quod verba iſta promittunt. Primo, ὧν δεῖ σχολάζεσθαι, hoc eſt, quæ ſequenda ſint: ſecundo ἃ δεῖ συλαβεῖσθαι, quæ in Fabula conſtituenda fugienda ſint: atque adeo, quæ ſit Fabulæ conſtituendæ methodus. Quomodo, nimirum, totam primum deducere & ante oculos ponere Fabulam debeat, ut facilius connexionem ejus videat poëta. Quomodo habitus & quando ſingulorum intertexere oporteat. Tum de Epiſodio, ejuſque cum Fabula connexione, poſtremo, de Epicorum ac Tragicorum epiſodiorum diſcrimine agit. Capite altero, duas perſpicuitatis cauſa conſtituendas eſſe partes docet. Quarum alteram Connexionem, ſive δέσιν, alteram, Solutionem, ſive λύσιν, vocat. Cujus utriuſque, ut recte abſolvantur, magna ſit habenda ratio. Deinde, quatuor Tragœdiarum eſſe formas docet, ut quid ſequendum ſit poetæ, magis appareat. Et quandoquidem, non in dramatibus modo, de quibus agit, verum etiam in Epico opere, Fabula ponenda ſit & rerum conſtitutio, utriuſque differentiam, ne quis decipiatur, oſtendit. Poſtremo, quædam de choro, quo pacto, nempe, cohærere debeat cum Fabula, hic docet. Neque in toto capite, ut hoc obiter dicamus (non enim diligenter omnia hic pro-

ponenda ſunt, cum tantum ordinem conſideramus) aliud, niſi, ὧν ϛοχάζεϛθαι καὶ ἃ δεῖ ϲυλαβεῖϲθαι ϲωιϲάντας τὸϛ μύθουϛ, quicquam invenies. Et hæc omnia de prima parte Tragœdiæ, ſive τῆ μύθῳ πέρι.

Ita ſine ulla confuſione jam de ſecunda Tragœdiæ parte, quam poſuerat ſequenti capite, agit. quæ eſt τὸ ἦθος. Sequentibus de tertia & quarta; Sententia & Dictione. Ita omnia ab Ariſtotele ſcripta ſunt. Reliquæ enim duæ partes, non poëtæ, ſed theatri ſunt.

Vulgatum jam ordinem, idque obiter, videamus. Sexto capite qualitatis in Tragœdia ponuntur partes, Fabula, Mores, Sententia, Dictio, Apparatus & Modulatio. Capite ſeptimo de prima parte agere incipit: ambitum enim Fabulæ & magnitudinem ponit. Octavo, unam eſſe Fabulam debere, & quæ ſit una, oſtenditur. Nono, Fabulæ conſtituendæ rationem perſequitur: cujus argumentum è ſuperioribus patet. Decimo, in Simplicem & implexam dividitur Fabula. Fabulæ Implexa duæ ponuntur partes, Peripetia & Agnitio. Undecimo, Peripetia, altera pars exponitur: altera, nimirum Agnitio, inchoatur. Duodecimo, in principio de duabus partibus ſuperioribus egiſſe ſe teſtatur. Quod eſt falſum. Decimo enim & ſexto, de Agnitione, quam jam inchoarat, agit. Hoc ergo capite tertiam Fabulæ partem, quæ eſt Perturbatio, proponit. Quam & definit. Poſt definitionem, quaſi abſolviſſet aut ſaltem indicaſſet capite ſuperiori qualitatis partes, partes quantitatis in Tragœdia oſtendit, cum adhuc in prima qualitatis parte verſetur. Capite decimo & tertio, generalibus ſe præceptis, quid in Fabula aut argumento vitandum, quid ſequendum ſit, oſtenſurum ait. Quod decimo tamen ſeptimo & decimo octavo demum agit. Statim poſt hæc verba, eam partem, cujus definitionem capite

ſuperiori

ſuperiori propoſuerat, pertractat. Perturbationem, nimirum. Quod propterea animadverſum non fuit. Ita partes quantitatis, cum deinceps capitibus adhuc quinque primam qualitatis expoſiturus eſſet, quod feſtivum omnino eſt, propoſuit. Capite decimo & quarto, de Perturbatione, & quo pacto è conſtitutione rerum ſive, Fabula, excitanda ſit, oſtendit. Capite decimo & quinto, de Moribus, quæ eſt pars ſecunda qualitatis in Tragœdia, cum tamen primam nondum abſolviſſet, nunc agit. Capite decimo & ſexto, de Agnitione agit, quæ ad primam qualitatis partem ſpectat: quam cum Peripetia capite undecimo conjunxerat, & de qua capite duodecimo ſe egiſſe dixerat. Adde, quod capite decimo & quarto, quomodo ex Agnitione movenda ſint τὰ πάθη, oſtendit: cum Agnitionem nondum expoſuiſſet, ſcilicet. Ejus ergo ſpecies nunc demum oſtendit. Capite decimo ſeptimo & octavo, adhuc de Fabula, id eſt prima qualitatis parte, agit: & ſecundam tamen, qui ſunt Mores, capite decimo & quinto abſolverat. Ita in ſequentibus de Sententia & Dictione agit, &c.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΒΙΟΣ

Κατὰ Διονύσιον τ' Ἁλικαρνασέα.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ, υἱὸς μὲν ἦν Νικομάχῳ, τὸ γένος καὶ τὴν τέχνην ἀναφέρων εἰς Μαχάονα τ' Ασκληπιοῦ· μητρὸς δὲ, Φαιστίδος, ἀπογόνῳ τινὸς τῶν ἐκ Χαλκίδος τὴν ἀποικίαν ἀναγαγόντων εἰς Στάγειραν. Ἐγεννήθη δὲ κατὰ τὴν ἐννενηκοστὴν καὶ ἐννάτην Ὀλυμπάδα, Διοτρεφοῦς Ἀθήνησιν ἄρχοντος, [2] γ ἔτεσι Δημοσθένους πρεσβύτερος. Ἐπὶ δὲ Πολυζήλου ἄρχοντος, τελευτήσαντος τοῦ πατρὸς, ὀκτωκαιδέκατον ἔτος ἔχων, εἰς Ἀθήνας ἦλθε. καὶ συγγενὴς Πλάτωνι, χρόνον εἰκοστιετῆ διέτριψε σὺν αὐτῷ. Ἀποθανόντος δὲ Πλάτωνος, ἐπὶ Θεοφίλου ἄρχοντος ἀπῆρε πρὸς Ἑρμείαν τὸν Ἀταρνέως τύραννον, καὶ

1 Ἀριστοτέλης.] Conſentiunt hæc cum Epigrammate quod *Ammonius* in Ariſtotelis vita & *Henr. Steph.* in Anthologiæ additamento referunt,

Φαιστίδος ἦν μητρὸς, καὶ Νικομάχῳ γενετῆος
Τῶν Ἀσκληπιαδῶν δῖος Ἀριστοτέλης.

Sylburgius.

2 Γ ἔτεσι.] *Wolfius* pro γ legit γ, detracta ſcilicet decade: & mox nominandi caſu πρεσβύτερος: itidemque vertit, *triennio Demoſthene major.* Atque ita legendum eſſe, perſpicuum eſt ex eo quod *Dionyſius*, paulo ſupra, Demoſthenem natum eſſe dicit anno ante centeſimam Olympiadem. Aut neceſſe eſt ibi minoris numeri notationem eſſe omiſſam. *Idem.*

τριετῆ

τριετῆ χρόνον παρ' αὐτῷ [3] τρίψας, ἐπ' Εὐβόλε ἄρχοντος εἰς Μιτυλήνην ἐχωρίσθη· ἐκεῖθεν δὲ πρὸς Φίλιππον ἦρχετο, κατὰ Πυθόδοτον ἄρχοντα, ᾧ διέτριψε χρόνον ὀκλαετῆ παρ' αὐτῷ καθηγεμὼν Ἀλεξάνδρε. Μετὰ δὲ τὴν Φιλίππε τελευτὴν ἐπ' Εὐαινέτε ἄρχοντος ἀφικόμενος εἰς Ἀθήνας, ἐσχόλαζεν ἐν Λυκείῳ χρόνον ἐτῶν δώδεκα. Τῷ δὲ τρισκαιδεκάτῳ μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρε τελευτὴν, ἐπὶ Κηφισοδώρε ἄρχοντος, ἀπάρας εἰς Χαλκίδα, νόσῳ τελευτᾷ, τρία πρὸς τοῖς ἑξήκοντα βιώσας ἔτη.

3 Τρίψας.] *Wolfii* margo pro τρίψας habet compositum διατρίψας. *Idem.*

ΑΡΙΣ-

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΒΙΟΣ

ΚΑΤΑ ΣΟΥΙΔΑΝ.

Ἀριστέλης ὑὸς Νικομάχυ καὶ Φαιστιάδος. Ὁ δὲ Νικόμαχος, ἰατρὸς ἦν τῦ τῶν Ασκληπιαδῶν γένους, ἀπὸ Νικομάχυ τῦ Μαχάονος. Ἐκ Σταγείρων πόλεως τῆς Θράκης· φιλόσοφος· μαθητὴς Πλάτωνος· τραυλὸς τὴν φωνήν. Καὶ ἀδελφὰς μὲν ἔσχεν Ἀρίμνησον καὶ Ἀρίμνησην, θυγατέρα δὲ ἀπὸ Πυθιάδος τῆς θυγατρὸς Ἑρμείυ τῦ εὐνούχυ· ὃς καὶ θλαδίας ὢν, αὐτὴν ἔσωσε. Γαμουμένη δὲ τελσὶν ἡ Ἀριστέλυς θυγάτηρ, τεκνώσασα, προετελεύτησεν Αριστέλυς τῦ πατρός. Ἔσχε δὲ καὶ υἱὸν Νικόμαχον ἐξ Ἑρπυλλίδος παλλακῆς, ἣν ἠγάγετο μετὰ Πυθιάδα παρ' Ἑρμείυ τῦ δυνούχυ, ὅσις ἦν ἄρχων Ἀταρνέως. Χώρα δὲ αὐτῆ Τρωάδος. Εὐβούλυ δὲ τῦ Βιθυνῦ δοῦλος γεγονὼς, ἔλαβε· καὶ αὐτῦ Ἑρμείυ παιδικὰ γενομένυ Αριστέλυς. Ἦρξε δὲ ἔτη ιγ τῆς Περιπατητικῆς κληθείσης Φιλοσοφίας, διὰ τὸ ἐν περιπάτῳ ἅτοι κήπῳ διδάξαι, ἀναχωρήσαντα τῆς Ἀκαδημίας, ἐν ᾗ Πλάτων ἐδίδαξεν. Ἐγεννήθη δὲ ἐν τῇ ιζ Ὀλυμπιάδι· καὶ ἀπέθανεν, ἀκόνιτον πιὼν ἐν Χαλκίδι, διότι ἐκαλεῖτο πρὸς εὐθύνας, ἐπειδὴ ἔγραψε παιᾶνα εἰς Ἑρμείαν τ' εὐνοῦχον. Οἱ δέ φασι νόσῳ αὐτὸν τελευτῆσαι, βιώσαντα ἔτη ὁ.

ΚΕΦΑ-

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

ΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΤΙΚΗΣ.

Κεφ. ά. Τῶν τεχνῶν διαφορὰ ἐν οἷς ποιοῦσι τὴν μίμησιν. p. 1—113.

Κεφ. β. Ποίας ἀνάγκη μιμεῖσθαι. p. 6—118.

Κεφ. γ. Πῶς ἐστι μιμεῖσθαι. p. 8—120.

Κεφ. δ. Τὰ τὴν ποιητικὴν γεννήσαντα, καὶ πῶς διέσπασαν εἰς διαφορὰ εἴδη. p. 10—123.

Κεφ ε. Περὶ Κωμῳδίας· καὶ Ἐποποιΐας καὶ τραγῳδίας διαφορά. p. 15—131.

Κεφ. ς. Περὶ τραγῳδίας, καὶ τῶν αὐτῆς μερῶν. p. 17—134.

Κεφ. ζ. Ποίαν τινὰ δεῖ τὴν σύστασιν εἶναι τῶν πραγμάτων. p. 25—143.

Κεφ. η. Περὶ μύθου. p. 27—147.

Κεφ. θ. Τί τοῦ ποιητοῦ ἔργον, καὶ τί διαφέρει ὁ ποιητὴς ἱστορικοῦ. p. 30—149.

Κεφ. ι. Μύθων διαφορά. p. 33—155.

Κεφ. ια. Περὶ Περιπετείας καὶ Ἀναγνωρίσεως. p. 34—156.

Κεφ. ιβ. Μέρη τραγῳδίας κατὰ τὸ ποσὸν, καὶ εἰς ἃ διαιρεῖται κεχωρισμένα. p. 37—159.

Κεφ.

Κεφ. ιγ. Ὧν δεῖ σχάζεσθαι, καὶ ἃ δεῖ ὑλαβεῖσθαι συνίσαντας τὰς μύθους· καὶ πόθεν ἔστι τὸ τῆς Τραγῳδίας ἔργον. p. 38—164.

Κεφ. ιδ. Τὸ φοβερὸν καὶ ἐλεεινὸν πῶς ἀπεργασκευάζεται. p. 42—171.

Κεφ. ιε. Ὧν σχάζεσθαι δεῖ περὶ τὰ ἤθη. p. 46—179.

Κεφ. ις. Ἀναγνωρίσεως εἴδη. p. 50—185.

Κεφ. ιζ. Ὅτι δεῖ πρὸ ὀμμάτων τίθεσθαι. p. 55—191.

Κεφ. ιη. Περὶ Δέσεως καὶ Λύσεως τῆς τραγῳδίας. p. 58—196.

Κεφ. ιθ. Περὶ Διανοίας καὶ μερῶν αὐτῆς. p. 62—203.

Κεφ. κ. Περὶ Λέξεως καὶ τῶν αὐτῆς μερῶν. p. 64—207.

Κεφ. κα. Περὶ Ὀνόματος. p. 68—213.

Κεφ. κβ. Λέξεως ἀρετή. p. 75—222.

Κεφ. κγ. Περὶ τῆς Διηγηματικῆς καὶ ἐν μέτρῳ Ποιητικῆς. p. 83—230.

Κεφ. κδ. Ἐποποιίας πρὸς τραγῳδίαν διαφορὰ, καὶ πῶς λέγειν χρὴ τὰ ψεύδη. p. 86—234.

Κεφ. κε. Περὶ προβλημάτων καὶ λύσεων, ἐκ πόσων τε καὶ ποίων εἰδῶν ἂν εἴη. p. 93—244.

Κεφ. κς. Ὅτι βελτίων ἡ τραγῳδικὴ μίμησις ἢ ἡ Ἐποποιητικὴ. p. 106—259.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ

ΠΕΡΙ

ΠΟΙΗΤΙΚΗΣ.

ΚΕΦ. α.

Τῶν τεχνῶν διαφοραὶ ἐν οἷς Ποιοῦνται τ̃ μίμησιν.

[1] ΠΕΡῚ ποιητικῆς αὐτῆς τε καὶ τῶν εἰδῶν αὐτῆς, ἥν τινα [2] δύναμιν [a] ἕκαστον ἔχει, καὶ [b] πῶς δεῖ συνίστασθαι τὰς μύθους, [3] εἰ [c] μέλλει καλῶς ἕξειν ἡ ποίησις· ἔτι δὲ ἐκ πόσων [d] καὶ ποίων ἐστὶ μορίων· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τῆς αὐτῆς ἐστι μεθόδου, [e] λέγωμεν, ἀρξάμενοι κατὰ φύσιν, πρῶτον ἀπὸ τ̃ πρώτων. Ἐποποιία δὴ καὶ ἡ τῆς τραγῳδίας ποίησις, ἔτι δὲ κωμῳδία καὶ ἡ διθυραμβοποιητικὴ, καὶ τ̃ αὐλητικῆς ἡ πλείστη καὶ κιθαριστικῆς, πᾶσαι τυγχά-

[a] ἕκαστον ἔχειν δεῖ Med. 21. ἔχει ἕκαστον Med. 14. [b] δὴ Ald. [c] μέλλει Med. omnes. [d] καὶ ἐκ ποίων. M. 21. [e] λέγομεν M. 21. corr. & Ald.

1 Περὶ ποιητικῆς.] Tres de Poetica libros conſcripſiſſe *Ariſtotelem* memorat *Laertius*; quorum unum nunc habes, reconditæ eruditionis atque elegantiæ plenum; reliquis duobus, non ſine gravi literatorum diſpendio, vetuſtate abſumptis. *Goulſtonus*.

2 Δύναμιν ἕκαστον ἔχει.] Ad marginem libri, editionis *Du-Vallianæ*, γρ· ἕκαστον ἔχει δ.

3 Εἰ μέλλοι.] Optativum μέλλοι habent etiam Vict. & Camot. Edit. ſed ſi quis malit indicativum μέλλει, per me licebit. *Sylburgius*.

νουσιν [4] οὖσαι [f] μιμήσεις τὸ σύνολον. Διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων τρισίν· ἢ γὰρ τῷ γένει ἑτέροις μιμεῖσθαι, ἢ τῷ ἕτερα, ἢ τῷ ἑτέρως, καὶ μὴ τὸ αὐτὸν τρόπον. Ὥσπερ γὰρ καὶ χρώμασι καὶ σχήμασι πολλὰ μιμοῦνταί τινες ἀπεικάζοντες ([5] οἱ μὲν διὰ τέχνης, οἱ δὲ διὰ συνηθείας) ἕτεροι δὲ διὰ τῆς [6] φωνῆς· οὕτω [g] κἀν ταῖς εἰρημέναις τέχναις, ἅπασαι [h] μὲν ποιοῦνται τὴν μίμησιν ἐν ῥυθμῷ καὶ λόγῳ καὶ ἁρμονίᾳ· [6] τούτοις [i] δὲ ἢ χωρὶς, ἢ μεμιγμένοις· οἷον, [k] ἁρμονίᾳ μὲν καὶ ῥυθμῷ χρώμεναι μόνον, ἥτε αὐλητικὴ καὶ ἡ κιθαριστικὴ, καὶ εἴ τινες ἕτεραι [l] τυγχάνουσιν οὖσαι [m] τοιαύτην τὴν δύναμιν, οἷον, ἡ τῶν συρίγγων. ἄνευ δὲ τοῦ ῥυθμοῦ μιμοῦνται χωρὶς ἁρμονίας [7] οἱ τῶν ὀρχήσεων· καὶ γὰρ [n] οὗτοι διὰ τῶν σχηματιζομένων ῥυθμῶν μιμοῦνται καὶ ἦθη [o] καὶ πάθη καὶ πράξεις. ἡ δὲ ἐποποιία μόνον τοῖς λόγοις ψιλοῖς ἢ τοῖς μέτροις· καὶ τούτοις εἴ τε μιγ-

[f] μίμησις M. 14. 16. 21. Ald. [g] καὶ M. 14. 16. 21. καὶ ἐν M. xiv. [h] μὲν οὖν π. M. 14. [i] δὲ χωρὶς Ald. [k] ἁρμονία μὲν καὶ ῥυθμοὶ χράμεναι μόναι μόνον M. 14. ῥυθμοῖς Ald. [l] τυγχάνουσιν M. 21. cor. [m] τοιαῦται omittunt M. omnes. [n] οὕτω M. 16. [o] πάθη καὶ omittit M. xiv.

4 Οὖσαι μιμήσεις.] Vict. & Cam. Singulari numero habent μίμησις pro plurativo μιμήσεις. *Sylburgius.*

5 Οἱ μὲν διὰ τέχνης.] Emendat Dacierus, τὰ τύχης. & pro διὰ τῆς φωνῆς. in Edit. *Du-Vall.* ad marginem, δὶ ἀμφοῖν.

6 Τούτοις δὴ ἢ χωρὶς.] Priorem disjunctionem ἢ, ante χωρὶς, omittunt *Baſ.* & Cam. edit. & paulo poſt Cam. pro ῥυθμῷ habet plurale ῥυθμοῖς. Sed adnotat Victorius in omnibus quos viderit ſcriptis libris, legi ſingulari numero ῥυθμῷ, non multitudinis, ῥυθμοῖς. *Sylburgius.*

7 Οἱ τῶν ὀρχήσεων.] Scribe, οἱ πολλοὶ τῶν ὀρχήσεων. *Heinſius.*

Ibid. Οἱ τῶν ὀρχήσεων.] id eſt, ὀρχηστοί. Fit enim tantùm καὶ συμβιβασθῇ, ſi Saltatoribus admiſceantur muſici. *Dacierus.*

νῦσα

νῦσα μετ' ἀλλήλων, εἴθ' ἑνί τινι γλῶ χρωμένη τῶν μέτρων τυγχάνουσα μέχρι τοῦ νῦν. [8] Οὐδὲν γὰρ [p] ἂν ἔχοιμεν ὀνομάσαι κοινὸν [q] τὸς Σώφρονος καὶ Ξενάρχου μίμους, καὶ τὸς Σωκρατικοὺς λόγους· οὐδ' εἴτις ἅμα τριμέτρων ἢ ἐλεγείων, ἢ τῶν ἄλλων [r] τινῶν τῶν τοιούτων [9] ποιοῖτο τὴν μίμησιν (πλὴν οἱ ἄνθρωποί [s] γε συνάπτοντες τῷ μέτρῳ τὸ ποιεῖν, τὸς [t] μὲν ἐλεγειοποιούς, [u] τὸς δὲ ἐπποιοὺς ὀνομά-

[p] ἂν omittit M. 14. [q] τοῦ M. 14. [r] τινῶν τοιούτων Ald. [s] τε M. 16. [t] τοὺς μὲν omittunt M. omnes & Ald. [u] τὸν M. omnes.

8 Οὐδὲν γὰρ ἂν ἔχοιμεν] Ad omnibus vexatus eſt iſte locus. Nemo tamen, quod ſciamus, monuit ſcribendum eſſe; οὐδὲν γὰρ ἂν ἔχοιμεν ὀνομάσαι κοινὸν πρὸς τὸς Σώφρονος μίμους. Oſtendit autem eruditiſſimus magiſter Philoſophum eſſe dominum verborum: id quod etiam toties profitetur *Plato*. Nam ut aliquod ſtatuat eorum genus quæ τῷ λόγῳ μόνον imitantur, ἐποποιίας vocem ejuſque uſum latius extendit. Non ſine veterum exemplo tamen. Qui etiam περὶ τῶν ψιλῶν λόγων, τὸ ἔπος vulgo uſurpabant: Unde illa obſervatio Grammaticorum: νεωτέρων ἡ ἡ ψιλὸς ἔπους χρῆσις ἐπὶ τῶν ποιητικῶς μετρουμένων. Item, ὅτι οἱ παλαιοὶ τὰ ἑξάμετρα ἐπὶ πάνυ ἠξίουν ἔπη καλεῖσθαι. Cave autem, cum eruditiſſimis viris legas, οὐδὲ εἴ τις ἅμα τριμέτρων ἢ ἐλεγείων ἐποιοῖτο τὴν μίμησιν, quos decepit mira loquendi ratio: οὐδὲν γὰρ ἂν ἔχοιμεν ὀνομάσαι κοινὸν πρὸς τὸς Σώφρονος καὶ Ξενάρχου μίμους, &c. οὐδὲ εἴ τις ποιοῖτο τὴν μίμησιν. Hoc eſt, οὐδὲν ἂν ἔχοιμεν κοινὸν ὀνομάσαι πρὸς τὸς Σώφρονος καὶ Ξενάρχου μίμους καὶ τὸς ἅμα ἁμαφόρων μέτρων τὴν μίμησιν ποιουμένους. Ut voce Epopoiïæ, non modo, qui ſoluto ſermone, verum & qui metro, & quidem non uno, ſed diverſi generis imitationem inſtituunt, includat. Sed & rectius, etiam ſuperiora hoc modo leges, ἡ ἡ ἐποποιΐα μόνον τοῖς λόγοις ἢ ψιλοῖς, ἢ ἐμμέτροις. Ut ſimplicius exprimatur, τὸ, ᾧ τὴν μίμησιν ποιεῖται. Ita enim cum ſuperiori convenit diviſione, ὅτι ἅπασι τὴν μίμησιν ποιοῦνται ἐν ῥυθμῷ, καὶ λόγῳ, καὶ ἁρμονίᾳ. Sic una quam adhibuit vox, primo ſoluti ac vincti ſermonis, deinde & metrorum differentias includet. *Heinſius.*

9 Ποιοῖτο τὴν μίμησιν.] Vict. negative legit οὐ ποιοῖτο. Similiter etiam paulo poſt ex nonnullis calamo exaratis codicibus. *Sylburgius.*

ζουσιν, [10] ὐχ ὡς τὰς καθὰ μίμησιν ποιητὰς, ἀλλὰ κοινῇ καθὰ τὸ μέτρον πεθσαγορεύοντες· [11] καὶ γὰρ ἂν ἰατρικὸν ἢ μυσικόν τι [x] διὰ τ̃ μέτρων ἐκφέρωσιν, οὕτω καλεῖν εἰώθασιν. Οὐδὲν δὲ κοινόν ἐστιν Ομήρῳ καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, πλὴν τὸ μέτρον. διʼ ὃ τ̃ μὲν ποιητὴν δίκαιον καλεῖν· τ̃ δὲ φυσιολόγον μᾶλλον ἢ ποιητὴν) [12] ὁμοίως δὲ [y] κἂν εἴ τις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων ποιοῖτο τὴν μίμησιν, καθάπερ Χαιρήμων [13] ἐποίησεν [z] Ἱπποκένταυρον, μικτὴν

x τὸ μέτρον M. 14. y καὶ M. 16. z ἐπὶ ταὖρον M. 14. & 16. in quo tamen corr.

10 Οὐκ ὡς τὰς κ̃ μίμησιν.] Scribe, ὐχ ὡς κ̃ μίμησιν τοὺς ποιητὰς. Ut ſenſus ſit, quem in verſione expreſſimus : *Neque ab imitatione Poëtis, ſed ſimpliciter à metri genere nomina imponit vulgus.* Heinſius.

11 Καὶ γὰρ ἂν ἰατρικόν.] Scribe, ἰατρικόν τι ἢ φυσικόν. Quod ad Empedoclem manifeſte, de quo mox agit, referendum eſt. *Heinſius.*

12 Ὁμοίως δ̃ κἂν εἴ τις ἅπαντα.] Torſit vehementer omnes iſte locus. Scribe fidenter : ὁμοίως δ̃ κἂν εἴ τις ἅπαντα τὰ μέτρα μιγνύων ποιοῖτο τ̃ μίμησιν, καθάπερ Χαιρήμων ἐποίησε Κένταυρον μικτ̃ ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τ̃ μέτρων, οὐκ ἤδη καὶ ποιητ̃ πεθσαγορευτέον; cum interrogandi nota. Vulgus, inquit Philoſophus, non ex imitatione, ſed è metro, poëtarum ſtatuit differentiam. Ita ut eum, qui res medicas aut naturales carmine complectatur, etiam pro ratione metri appellare non dubitent. Sicut, exempli gratia, Homerum & Empedoclem : qui, ſi ſolum excipias metrum, nihil habent commune. Adde, quod interdum poſſit fieri, ut à metro nomen imponere non poſſis : ſi nimirum vario utatur quis, & omnia confundat. Ut exempli gratia, Chæremon : qui hoc modo Centaurum ſuum (id poëmati erat nomen) conſcripſit. An ergo hic, quia nec heroicus, nec elegiacus, Iambicus, dici poterit, aut poëta non dicetur, aut carebit nomine? Quare verum eſt, poëtas non τὰ μέτρα, ſed κ̃ τὴν μίμησιν diſtingui. *Heinſius.*

13 Ἐποίησεν Ἱπποκένταυρον.] Idem Victor. legit ἐποίησε Κένταυρον : omiſsâ mentione τ̃ ἱππ. Qua in re ſe tum ſcriptorum librorum auctoritatem ſecutum ait, tum Athenæum, qui lib. 13. cap. 9. Chæremonis Κένταυρον citat. *Sylburgius.*

ῥαψῳδίαν

ραψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων, [a] ἀκ ἤδη κ᾽ [b] ποιητὴν ᾠσθαι γορεύτεον. ᾠδὶ μὲν ἂν [c] τούτων διωρίσθω τοῦτον τ᾽ τρόπον. Εἰσὶ δέ τινες [d] αἱ πᾶσι χρῶνται τοῖς εἰρημένοις· λέγω δὲ, οἷον, ῥυθμῷ καὶ μέλει καὶ μέτρῳ, ὥσπερ ἥτε τῶν [e] διθυραμβικῶν ποίησις, [14] κ᾽ ἡ τῶν [f] μίμων, κ᾽ ἥ τε τραγῳδία, κ᾽ ἡ κωμῳδία· διαφέρουσι δὲ, ὅτι αἱ μὲν ἅμα [g] πᾶσιν, αἱ δὲ κατὰ μέρος. Ταύτας μὲν ἂν λέγω τὰς διαφορὰς τ᾽ τεχνῶν, [15] ἐν αἷς ποιοῦνται τὴν μίμησιν.

[a] οὐκ ἤδη omittunt M. omnes. [b] καὶ τοῦτον π. M. xiv. [c] τοῦτο M. xiv. [d] οἱ M. omnes. [e] διθυράμβων M. xiv. corr. [f] νόμων Ald. Val. [g] πᾶσαι M. 14. 16.

14 Καὶ ἡ τ᾽ μίμων.] Cam. pro μίμων habet νόμων: quæ permutatio infra quoque notabitur. *Sylburg.*.

Ἡ τ᾽ μίμων.] Peſſime ex editione Baſilienſi in textum vox poſtrema irrepſit. Jam enim eruditi, & cum iis ratio obtinuit, legendum eſſe, νόμων. Et infra iterum, cum de *Timotheo* & *Philoxeno* loquitur, τὰς νόμους κ᾽ τὰς διθυράμβους conjungit. *Heinſius.*

Ἡ τ᾽ μίμων.] Μίμος ἐστι μίμησις βίων, τάπη συγκεχωρημένα, κ᾽ ἀσυ[χώρητα φέρειν. Mimus dictus, παρὰ τὸ μιμεῖσθαι, quaſi ſolus imitetur, cum & alia poëmata idem faciant; ſed ſolus quaſi privilegio quodam, quod fuit commune, poſſedit. Similiter atque is, qui verſum facit dictus ποιητὴς; cum tamen artifices, qui æquè quid faciunt, non dicantur poëtæ. *Diomedes.*

15 Ἐν αἷς ποιοῦνται τῷ μίμησιν.] Victor. pro αἷς neutro genere legit οἷς: quod non ſupra tantum ſic locutus ſit, *ut*, τῷ ῥήσει ἑτέρῳ· μιμεῖσθαι: Sed etiam infra, ἐν τοῖς αὐτοῖς κ᾽ τὰ αὐτὰ μιμεῖσθαι ἐστίν. Idem etiam adnotandum ait, præpoſitionem ἐν, in trium iſtorum locorum primo prætermiſſam, in poſterioribus duobus eſſe additam. *Sylburg.*

Ibid. Ἐν αἷς ποιοῦνται τῷ μίμησιν.] Certum eſt his verbis concludi differentiam, ᾧ μιμεῖνται; ſive, quæ ſita eſt, ἐν τῷ ἑτέροις ῥήσει μιμεῖσθαι. Sed proprietate Atticiſmi ſæpe interpretes eludit Philoſophus: cujus proprium eſt, & brevius cum neceſſe eſt, & fuſius loqui. Nam qui cum *Ariſtotele* faciat, malit, μίμησιν ποιεῖσθαι, quo jam toties eſt uſus, quam μιμεῖσθαι· contra, mirâ brevitate ſermonem contraxit, cum

ΚΕΦ. β.

Ποίως ἀνάγκη μιμεῖσθαι.

Ἐπεὶ δὲ μιμοῦνται οἱ μιμούμενοι πράττοντας, ἀνάγκη δὲ τούτους, ἢ σπουδαίους, ἢ φαύλους εἶναι (τὰ γὰρ ἤθη σχεδὸν ἀεὶ τούτοις ἀκολουθεῖ μόνοις. Κακίᾳ γὰρ καὶ ἀρετῇ τὰ ἤθη διαφέρουσι πάντες) [1] ἤτοι [h] βελτίονας [i] ἢ

[h] εἴτε M. 14. [i] βελτίονας, ἢ καθ' ἡμᾶς, ἢ χ. Ald. aut meliores, aut juxta nos, aut deteriores, aut etiam ejuſmodi. Val.

cum dixit: τὰς διαφορὰς τῶν τεχνῶν ἐν αἷς ποιοῦνται τὴν μιμησιν, cum vellet, τὰς διαφορὰς τῶν τεχνῶν καὶ ταύτας, οἷς τὴν μίμησιν ποιοῦνται. Quare falluntur, qui αἷς legunt. Item, ἐν οἷς, purus putus Atticiſmus eſt, quo alibi in pauciſſimis verſibus bis uſus eſt *Sophocles*. Et Electra,

ἃ νιν κατέπεφνεν
αἰσχίστως ἐν αἴσχιστα

Quo & ipſe mirum in modum delectatur *Ariſtoteles*. Sic ſupra: ὅταν καὶ ταῖς εἰρημέναις τέχναις ἅπασαν μὲν ποιῶνται τὴν μίμησιν ἐν ῥυθμῷ καὶ λόγῳ καὶ ἁρμονίᾳ. Item, εἰ γάρ τις ἐν ἄλλῳ τινὶ μέτρῳ, διηγηματικῷ μίμησιν ποιοῖτο, ἢ ἐν πολλοῖς. Et, διὸ ἐδεῖς μακρὰν σύστασιν ἐν ἄλλῳ πεποίηκεν ἢ τῷ ἡρώῳ. Ita infra de eodem, ἐν οἷς τε, καὶ ἃ, καὶ ὡς. Nam in ſacris ubi frequenter occurrit, *Hebræorum* eſt, quibus inſtrumentalem quoque cauſam ב denotat. *Heinſius*

1 Ἤτοι βελτίονας, ἢ καθ' ἡμᾶς.] Idem Victor. è tribus libris calamo ſcriptis legit, ἤτοι βελτίονας ἢ καθ' ἡμᾶς, ἢ χείρονας, ἢ καὶ τοιούτους: et locum ſit vertit, *ſive meliores quam comparati nobis ſint, ſive deteriores, ſive et tales.* Sed retineri & noſtra lectio ac diſtinctio poteſt, eodem ſenſu; ſi τὰς καθ' ἡμᾶς accipiamus pro τὰς ὁμοίους, ut loquitur paulo poſt. *Sylburgius.*

Ibid. Ἤτοι βελτίονας.] De Tragœdia ſpeciatim ſcribens *Ariſtoteles* docet bonos pictores eſſe imitandos, qui cùm vultum alicujus exprimant, ſimilem quidem, pulchriorem tamen pingunt. Poëtas quoque ad hoc exemplum debere, cum iracundos exempli gratia, inducunt, æquitatis potius, quam aſperitatis habere rationem, atque ita meliores quam fuerunt exhibere. Quare legendum eſt: ἤτοι βελτίονας ἢ καθ' ἡμᾶς, ἢ χείρους

καθ' ἡμᾶς, ἢ χείρονας [k] ἀνάγκη μιμεῖσθαι, ὥσπερ οἱ γραφεῖς, [2] Πολύγνωτος μὲν κρείττους, Παύσων δὲ χείρους, Διονύσιος δὲ ὁμοίους ἔοικε. Δῆλον δέ, ὅτι καὶ τῶν λεχθεισῶν ἑκάστη μιμήσεων ἔξει ταύτας τὰς διαφοράς, [3] καὶ ἔστιν ἑτέρα [l] τῷ ἕτερα μιμήσασθαι τοιοῦτον τὸν τρόπον. Καὶ γὰρ ἐν ὀρχήσει, καὶ αὐλήσει, καὶ κιθαρίσει ἐνδέχεται γενέσθαι [m] ταύτας τὰς ἀνομοιότητας· καὶ [n] περὶ τοὺς λόγους δὲ καὶ τὴν ψιλομετρίαν· οἷον, Ὅμηρος μὲν βελτίους, Κλεοφῶν δὲ ὁμοίους, Ἡγήμων δὲ ὁ Θάσιος [o] ὁ τὰς παρῳδίας ποιήσας πρῶτος, καὶ [p] Νικόχαρης [4] ὁ τὴν [q] Δηλιάδα, χείρους. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοὺς διθυράμβους [5] καὶ τοὺς [r] μίμους,

k ἀνάγκη μιμεῖσθαι omittunt M. omnes. l τὸ ἕτεραν μιμεῖσθαι M. 14. 16. 21. m πάσας M. 14. cunctas. Val. n καὶ τὸ περὶ M. omnes. o οἷος omittunt ὁ M. omnes. p Νικέχαρης M. omnes & Val. q Δειλιάδα M. 21. r νόμους M. omnes, necnon Ald. & Vall.

ἢ χείρονας, id eſt, debet meliores exprimere, quatenus in noſtra poſita eſt poteſtate, aut improbiores: nempè penes poetam non eſt, ut alios mores affingat, & planè diſſimiles. Meliores igitur inducet Poeta, quatenus illi per imitationis leges licebit, quam revera fuerunt, id eſt, οἵους εἶναι δεῖ. *Sam. Petitus.*

Ibid. Βελτίονας.] Tragœdia imitatur τοὺς βελτίους, non autem τοὺς χείρους, non tantùm eo ſenſu, quo jam diximus, ſed etiam ea ſignificatione, qua βέλτιον omne id eſt, quod ἔξω τῶν πολλῶν, ſplendidum & regale eſt: χεῖρον verò eſt vulgus, & exponunt Interpretes apud *Homerum*, λειπὸν τὸ λαόν. *Petitus.*

2 Πολύγνωτος μὲν κρείττους.] Idem Victorius poſt μὲν inſerit γὰρ. *Sylburgius.*

3 Καὶ ἔστιν ἑτέρα τῷ ἕτερα μιμήσασθαι.] Idem Vict. pro ἔστιν habet ἔσται, *erit*: & paulo poſt μιμεῖσθαι pro μιμήσασθαι. *Sylburgius.*

4 Ὁ τὴν Δηλιάδα] Caſtelvetro, quem ſequitur Riccobonus, Δειλιάδα, quaſi ἀπὸ τῆς δειλιᾶν, parum probabiliter. *Du-Vallius.*

5 Καὶ τοὺς μίμους.] Idem Vict. & Cam. pro μίμους legunt νόμους, *Nomos.* Πέρσας autem mox legendum eſſe, non Πέρσας, ut eſt in *Baſ.* & *Cam.*

ὡς [5] Πέρσας καὶ Κύκλωπας, Τιμόθεος καὶ Φιλόξενος μιμήσαιτο ἄν. [6] Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ διαφορᾷ καὶ ἡ τραγῳδία πρὸς τὴν κωμῳδίαν διέσηκεν· Ἡ μὲν γὰρ χείρους, ἡ δὲ βελτίους μιμεῖσθαι [7] βούλεται τῶν νῦν.

[5] ὡς περσᾶς κυκλωπᾶς M. xiv. 14. ὥσπερ γᾶς κύκλωπας M. 16. ὥσπερ γᾶς κύκλω πᾶς M. 21.

Cam. Editione, Vict. se in Rhetoricis docuisse notat. Utramque lectionem confirmant hæc *Pausaniæ* in Arcadicis, 278. 15. ᾠδὸντῷ Τιμοθέῳ νόμον τὸν Μιλησίᾳ, Πέρσας, ἐς καταρξαμένῳ τῆς ᾠδῆς, Κλεινὸν ἐλεύθερίης πτύχων μέγαν Ἑλλάδι κόσμον. *Sylburgius.*

6 Ἐν αὐτῇ ᾗ τῇ διαφορᾷ.] Animadvertendum est, (inquit Vict.) an peccatum sit à librariis in ordine primorum verborum hujus quasi corollarii, legique debeat, ἐν τῇ αὐτῇ ᾗ διαφορᾷ. Ratio certe Græci sermonis videtur hoc postulare. *Sylburgius.*

Ibid. Ἐν αὐτῇ ᾗ τῇ διαφορᾷ.] Lege cum Petro Victorio, ἐν τῇ αὐτῇ ᾗ διαφορᾷ. *Heinsius.* In Ed. *Du-Vall.* ad marginem ταύτῃ ᾗ τῇ δ.

7 Βούλεται τῶν νῦν.] Legendum est, βούλεται τῷ νῦν *id est, hoc ævo.* Nunc, ex quo splendorem suum est consecuta, meliores inducit Tragœdia, deterioribus ad Comicos & Satyricos Poetas amandatis. *Petitus.*

ΚΕΦ. γ.

Πῶς ἐστι μιμεῖσθαι.

ΕΤΙ δὲ τούτων [t] τρίτη διαφορὰ, τὸ, ὡς ἕκαστα τούτων μιμήσαιτο ἄν τις. Καὶ γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς καὶ τὰ αὐτὰ μιμεῖσθαι ἐστιν, ὅτε μὲν ἀπαγγέλλοντα, ἢ ἕτερόν τι γιγνόμενον, ὥσπερ Ὅμηρος ποιεῖ· ἢ ὡς τὸν

[t] τρίτη διαφορὰ, τὸ, ὡς ἕκαστα τούτων omiserat in contextu M. 16. addita deinde in margine ita: τρίτη διαφορὰ τίνι ἔοικε τούτων ἕκαστα.

αὐτὸν καὶ μὴ μεταβάλλοντα, [1] ἢ πάντας ὡς πράττοντας καὶ ἐνεργοῦντας τοὺς μιμουμένους. Ἐν τρισὶ [u] δὴ ταύταις διαφοραῖς ἡ μίμησίς ἐστιν, ὡς ἔπομεν κατ' ἀρχάς, [x] ἐν οἷς τε, καὶ ἃ, καὶ ὡς. Ὥστε τῇ μὲν ὁ αὐτὸς ἂν εἴη μιμητὴς Ὁμήρῳ καὶ Σοφοκλῆς· μιμοῦνται γὰρ ἄμφω σπουδαίους· τῇ δὲ Ἀριστοφάνει· πράττοντας γὰρ μιμοῦνται καὶ δρῶντας ἄμφω. Ὅθεν καὶ δράματα καλεῖσθαί τινες αὐτά φασιν, ὅτι μιμοῦνται δρῶντας. [y] Διὸ καὶ ἀντιποιοῦνται [b] τε τραγῳδίας καὶ τῆς κωμῳδίας [z] οἱ Δωριεῖς· τῆς μὲν κωμῳδίας οἱ Μεγαρεῖς, οἵ τε ἐνταῦθα, ὡς ὀπὶ τῆς παρ' αὐτοῖς δημοκρατίας [a] γενομένης, καὶ οἱ ἐκ Σικελίας. ἐκεῖθεν γὰρ ἦν [2] Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς, [3] πολλῷ πρότερος ὢν [b] Χωνίδου καὶ Μάγνητος· καὶ τῆς τραγῳδίας

u δέ M. 14. 16. x ἐν οἷς τε, καὶ ἃ, καὶ ὡς omittit M. 21. καὶ ἃ omittunt M. 14. xiv. 16. y Δι' ὃ M. 21. z οἱ Δωρίεις· τῆς μὲν κωμῳδίας omittit M. 14. μὲν γὰρ κ. M. xiv. 16. 21. a genito. Val. b χωνίδου M. 14. 16. χωνίδου M. xiv. 21.

1 [a]Η πάντας ὡς πράττοντας.] Scribe πάντα, & paulo poſt pro πράττοντας γὰρ μιμοῦνται, καὶ δρῶντας ἄμφω, lege πράττοντες & δρῶντες: Ita emendavit *Iſ. Caſaubonus*, libro primo de Satyra, cap. 3. ubi doctiſſimam hujus loci expoſitionem vide. *Goulſtonus*.

2 Ἐπίχαρμος ὁ ποιητής.] Suam hic de antiquitate poetarum opinionem non affert *Ariſtoteles*. Sed eorum tantùm recenſet argumenta, qui inter ſeſe olim hàc de re contenderunt. Cum enim Epicharmo ſit antiquior Theſpis, Athenienſibus Dramaticæ poëſeos origo, jure potiori aſcribenda videatur. *Dacierus*.

3 Πολλῷ πρότερος ὢν Χωνίδου.] Vict. & Cam. Χοννίδου per ο ſcribunt. Verior fortaſſe ſcriptura Χιωνίδου. Chionidem enim teſtatur Suidas fuiſſe comicum *Athenienſem* veteris comœdiæ poetam, anniſque octo docuiſſe ante bella Perſica: cujus inter ceteras hæ fuerint fabulæ, Heros, Mendici, Perſæ, ſive Aſſyrii. Athenæus quoque lib. 3. locum citat è Χιωνίδου Πτωχοῖς. *Sylburgius*.

ἔνιοι τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, ποιοῦμβοι τὰ ὀνόματα σημεῖον· ὅτι μὲν γὰρ κώμας τὰς περιοικίδας καλεῖν φασιν, Ἀθηναῖοι δὲ [c] δήμους· [d] ὡς κωμῳδὸς, οὐκ ἀπὸ τοῦ κωμάζειν λεχθέντος, ἀλλὰ τῆ [e] καθ' κώμας πλάνη, ἀτιμαζομένους ἐκ τοῦ ἄστεως· καὶ τὸ ποιεῖν αὐτοὶ μὲν δρᾶν, [f] Ἀθηναίους δὲ πράττειν [g] προσαγορεύειν. Περὶ μὲν οὖν τῶν διαφορῶν, καὶ πόσαι, καὶ τίνες, τῆς μιμήσεως, εἰρήσθω ταῦτα.

ΚΕΦ. Δ.

Τὰ τῆ ποιητικὴν γεννήσαντα, καὶ πῶς διέστασεν εἰς διάφορα εἴδη.

Ἔοικασι δὲ γεννῆσαι μὲν ὅλως τῆ ποιητικὴν αἰτίαι δύο τινὲς, καὶ [h] αὗται Φυσικαί. Τό, τε γὰρ μιμεῖσθαι, σύμφυτον τοῖς ἀνθρώποις ἐκ παίδων ἐστὶ, καὶ [i] τούτῳ διαφέρουσι τῶν ἄλλων ζώων, ὅτι μιμητικώτατόν ἐστι, καὶ τὰς μαθήσεις ποιεῖται διὰ μιμήσεως τὰς πρώτας· καὶ τὸ χαίρειν τοῖς μιμήμασι πάντας. Σημεῖον δὲ τούτου τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῶν ἔργων· ἃ γὰρ αὐτὰ λυ-

[c] δήμους M. 14. [d] καὶ ὡς M. 14. 16. [e] μετὰ M. 16. [f] Ἀθηναῖοι M. 14. cor. [g] προσαγορευομένους M. 14. corr. [h] αὐταὶ M. omnes.

1 Καὶ τούτῳ διαφέρουσι] Videtur dandi casu τούτῳ legi debere (inquit Vict.) ut infinitis locis locutus est; nisi putamus more Attico præpositionem κατ' desiderari: quo pacto idem prorsus significat, ac vitii nihil in scriptura foret. *Sylburgius.*

πηρῶς

πηρῶς ὁρῶμεν, τούτων τὰς εἰκόνας τὰς μάλιστα ἠκριβωμένας, χαίρομεν θεωροῦντες, οἷον [2] θηρίων τε μορφὰς τῶν [i] ἀγριωτάτων, καὶ νεκρῶν. [v] Αἴτιον δὲ καὶ [k] τοῦτο, [3] ὅτι [l] μανθάνειν οὐ μόνον τοῖς Φιλοσόφοις ἥδιστον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως· ἀλλ' ἐπὶ βραχὺ κοινωνοῦσιν αὐτοῦ. Διὰ γὰρ τοῦτο χαίρουσι τὰς εἰκόνας ὁρῶντες, ὅτι συμβαίνει θεωροῦντας μανθάνειν καὶ συλλογίζεσθαι, τί ἕκαστον· οἷον, ὅτι οὗτος ἐκεῖνος· ἐπεὶ ἐὰν μὴ τύχῃ προεωρακώς, [4 m] οὐ δι' μίμημα ποιήσει τὴν ἡδονήν, ἀλλὰ δι' τὴν ἀπεργασίαν, ἢ τὴν χροιὰν, ἢ διὰ τοιαύτην τινὰ ἄλλην αἰτίαν. Κατὰ φύσιν δὲ ὄντος ἡμῖν τοῦ μιμεῖσθαι, καὶ [5] τῆς ἁρμονίας καὶ τοῦ ῥυθμοῦ (ⁿ τὰ γὰρ μέτρα, ὅτι μόρια τῶν [n] ῥυθμῶν ἐστι, φανερὸν) ἐξ ἀρχῆς οἱ πεφυκότες [o] πρὸς αὐτὰ μάλιστα, [p] κατὰ μικρὸν προάγοντες, ἐγέννησαν τὴν

i ἀτιμοτάτων M. omnes. Quæ in honore sunt nullo. V. k τοῦτο M. 14. 16. l τὸ μανθάνειν M. 16. m οὐχὶ μίμημα Ald. n ῥυθμῶν, ἔστι φανερὸν ἐξαρχῆς πεφυκότα καὶ αὐτὰ M. 16. αἱ omittunt M. 14. xiv. 21. o καὶ M. 14. xiv. 21. p καὶὰ μικρὸν omittit M. 14.

2 Θηρίων τε μορφὰς τῶν ἀγριωτάτων.] Victorius pro ἀγριωτάτων, quod interpretum quoque nonnulli agnoscunt, è scriptis libris reponit ἀτιμοτάτων, *abjectissimarum belluarum:* eamque lectionem alias quoque *Aristotelicis* exemplis confirmat. *Sylburgius.*

3 Ὅτι μανθάνειν οὐ μόνον.] Cam. pro ὅτι habet ὅταν. *Sylburgius.*

4 Οὐ διὰ μίμημα ποιήσει τὴν ἡδονήν.] Victor. pro οὐ διὰ μίμημα legit οὐχὶ μίμημα: è ca-

lamo exaratis codicibus. *Sylburgius.*

5 Τῆς ἁρμονίας καὶ τοῦ ῥυθμοῦ.] Cave voluptatem illam *Imitatione* perceptam, pro altera accipias causa, quæ homines ad hoc Studium poeseos impulerit. Hisce enim in verbis, *Harmoniâ* nempe & *Rythmo*, causam illam alteram contineri liquido probat *Dacierus.*

6 Τὰ γὰρ μέτρα ὅτι μόρια τῶν ῥυθμῶν ἐστι φανερὸν.] Vid. *Rhet.* lib. 3. cap. 8.

[y] Aliæ denique imitantur Numero, Harmoniâ vocum, et oratione Metrica, ut et Dithyrambi, legunturque cantilenæ, &c.

quæ

quæ omnibus utuntur iis, quæ dicta ſunt: Intelligo autem, velut Numero, et Concentu, et Metro: ſicut tùm Dithyramborum, et Nomorum Poëſis, tùm etiam Tragœdia, atque Comœdia. 15. [z] Differunt verò *hæ inter ſe*, quòd illæ quidem, omnibus *iſtis utantur* Simùl; [a] Hæ verò, ſingulis, ſecundum *quaſdam ſuas* Partes, *cum ipſis commodum ſit*. Atque has quidem dico *Imitatricium* Artium differentias, * *eorum reſpectu*, IN QUIBUS faciunt imitationem.

CAP. II.

¶ 16. [b] Quandoquidem autem ii qui Imitantur, *factis dictiſve* imitantur eos, qui *quidpiam* Agunt. Atque his *rursùs*, *qui agunt*, neceſſe eſt, ut aut Honeſti *et virtute præditi* ſint, aut Pravi. (His namque ſemper ferè ſolis conſequentes ſunt Mores: Vitio enim, Virtuteque *imprimis*, *inter ſe* differunt Mores

[z] Diſſimilitèr tamen. Nam Dithyr. et Nomi, eodem tempore; cunctis illis uno utuntur in opere.

[a] Tragœd. et Comœd. in temporibus, aut partibus ſaltem ſcenæ diverſis.

* *Heinſianam* ſecutus eſt lectionem, ἐν οἷς ποιεῖσθαι τὴν μίμησιν.

[b] Secunda differ. ducitur *à Rebus*, ſeu *Perſonis*, (ὡς πρᾶ ἄ) Quas imitantur, ſic. Cùm Imitatores exprimant eos, qui quidpiam gerunt: ii verò, quos imitantur, expreſsè boni vel mali eſſe debeant: quò apta ſint ſeges ad imitandum.

omnium;

* omnium ;) [c] Idcircò aut Meliores, quàm qui noſtrâ ætate *vivunt*, *ut Heröas* ; aut Pejores ; aut etiam Tales, *quales tempeſtas noſtra fert* ; neceſſe eſt Imitari. 17. Ut ex Pictoribus, Polygnotus quidem, Meliores, † *quàm verè eſſent* ; Pauſon verò, Deteriores ; at Dionyſius, *omninò* Similes effingebat. 18. [d] Perſpicuum autem eſt, quòd etiam ex iis, *quæ in priore Diſtinctione* dictæ ſunt, Imitationibus, unaquæque, ſortietur has differentias, *quæ in hâc Poſteriori :* planéque diverſa evadet Imitatio, eò quòd *Res*, *Perſonaſque* diverſas expreſſerit, hunc in modum ; *Imitando ſcil. Meliores*, *Deteriores*, *aut Pares*. 19. [e] Nam et in Saltandi arte, et [f] in Auleticâ ac Citharisticâ, fieri poteſt, ut ejuſcemodi ſint diſſimilitudines. 20. [g] Et *in Epopœia herclè*, circa Orationem et Metra abſque *Numero*, *et Harmoniâ* poſita. Velut, Homerus quidem, Meliores, *quàm tunc erant*, *imitatur : ut*, *Ulyſſem*,

* Πάντων ex verſione legiſſe videtur, non πάντης.

[c] Sequitur, in omni Imitatione, Perſonas exprimi *Præſtantiores*, quàm qui nunc vivunt, vel *Deteriores*, vel *Pares*.

† *Polit.* 8. *cap.* 5.

[d] Corollar. quo, modi 2. differentiæ, adaptantur differentiæ 1. Nam meliores, pejores, &c. imitari licet.

[e] Vel numero, (citra cæterorum uſum) qui fuit 1. differ. modus 2.

[f] Vel Numero, et Harmoniâ ſimul : qui fuit modus 1.

[g] Vel Oratione Metricâ ſolâ, qui tertius.

Achillem ;

Achillem; Cleopho verò, Similes; At Hegemo Thaſius, (qui *ridiculas* Parodias *de rebus vilibus* primus finxit,) et Nicocharis (qui * Deiliaden i. e. *Actiones Timidorum*,) Pejores. 21. [h] Similitèr verò etiam, circa Dithyrambos, et circa Nomos; ut ſi Perſas *Meliores quàm erant*, Timotheus *quis*; *contraque* Cyclopas, *Saeviores*, † Philoxenus *aliquis*, imitatus eſſet. 22. [i] In hâc verò eâdem differentia, etiam Tragœdia et Comœdia, ſeparantur *à ſe invicèm*. Hæc enim Pejores; illa verò, Meliores imitari ſtudet, quàm ii ſunt, qui eâ ætate vivunt.

CAP. III.

¶ 23. [k] Prætereà verò, *duabus* his differentiis, tertia *accedit*, QUO quiſque Modo, ſingula horum imitari debeat. 24. [l] Iiſdem *Inſtrumentis*, *juxta differentiam primam*; et *(juxta ſecundam)* Eaſdem Res, *Perſonaſque*

* Deiliaden, aliâ nempe lectione; Vid. Notas, pag. 7.

[h] Vel Numero, Harmoniâ, et Oratione conjunctis. Qui fuit modus 4. ut in Dithyramb. et Nomis.

† *De quo Polit.* 8. *in fine.*

[i] Et in Tragœd. ac Comœdiâ: Sed ità, ut illa inſignes imitetur; hæc ignobiles.

[k] Tertia differ. (quæ prioribus adhæret) ab Imitandi *Modo*, (ὡς *Quo*) Imitamur enim.

[l] Vel modo *Compoſito*: Partim Narrativo ſc. partim Activo ſeu Dramatico: ut in Epicâ, Poëta ſæpè narrat ipſe, ſæpè perſonam induit alienam.

imitari

imitari licet, *ſed Modis diverſis:* Aut ut interdum *eas*, Exponat *Poëta* et *interdum* ipſe, Aliud quid, i. e. *Alia Perſona*, fiat; ut Homerus facit; 25. [2] Aut ut Idem, *qui ab initio fuit Maneat*, nec mutetur *in Perſonam aliam*. 26. [3] Aut ut *Perſonæ*, ſic omnia imitatione Exprimant, quaſi Negotium Gerant, ſedulòque in *ipſarum* rerum actu verſentur. ¶ 27. [l] Ergo in tribus his differentiis *omnis* Imitatio eſt, uti dicebamus à Principio; tùm quibus *Imitantur*; tùm Quas res; tùm etiam Quomodo. [m] Quare unius reſpectu, idem erit Imitator cum Homero, Sophocles; quòd ambo, Præſtantes imitentur. 28. [n] Alterius verò, cum Ariſtophane; Ambo enim Negotiando aliquid et Agendo imitantur: * Unde et ipſorum *Poëſes*, δράματα, quidam appellari dicunt eò quòd δρῶντες, i. e. *Agendo* imitentur. 29. [o] Quamobrem etiam ſibi vendicant, et Tragœdiam et Comœdiam, Dorienſes, *Athe-*

[2] Vel modo *ſimplici Narrativo:* ubi perpetuò narrat ipſe.

[3] Vel *Simplici Dramatico:* ut in Tragœd. et in Comœd. loquentes perſonæ, ſuiſque negotiis occupatæ finguntur.

[l] Ex dictis Colligitur 1. Cum tres ſint Imitationum Differentiæ.

[m] Tragœdiæ Convenire, Cum Epica; Quòd Imitetur Bonos.

[n] Cum Comœdia; Quòd Dramaticè imitetur.

* Undè, utræque Propriâ, et ſpeciali voce, appellantur Δράματα.

[o] Ob hujus vocis Etymon. Dores (populi) ſe primos Dramatum inventores, prædicant.

nienſibus præreptam: [p] Comœdiam quidem illi, qui et Megarenſes; ſive ii, qui hanc *Doridis* regionem incolunt (tanquàm eo tempore *à ſe inventam*, quo ipſorum florebat Reſp. Popularis:) ſive ii, qui è Sicilia *oriundi*. Indè enim Epicharmus Poëta, multò priùs fuit, quàm *Antiquiſſimi Athenienſium Comici*, Chonnides et Magnes. Et Tragœdiam, aliqui eorum *Dorienſium*, qui ſunt in Peloponneſo. 30. [q] Ducentes à nominibus ſignum. [r] Hi enim *(Dorienſes,)* Vicos *ſuburbanos* vocare *ſe* Κώμας aiunt; cùm Athenienſes, *vocent* Δήμους; quaſi Comœdi, non à κωμάζειν, à *Comeſſando*, dicti eſſent; verùm eò quòd, qui *à ditioribus* ignominiâ eſſent notati, κατὰ κώμας, *per vicos* vagarentur ex urbe. 31. [s] Et Facere, *ſeu Poëma pangere*, ipſi quidem *ſe oſtendunt*, appellare δρᾶν; Athenienſes verò, πράττειν. Ac de differentiis quidem Imitationis, et Quot, et Quæ ſint, tot *nobis* dicta ſint; *ex quibus, Poëſeων ſingularum definitiones facilè colligas.*

[p] Comœdiæ quidem, illi, qui et Megarenſes dicti.

[q] Tragœdiæ verò, Dores ii, qui in Peloponneſo vivunt.

[r] Comœdiam enim appellatam fuiſſe à Dorico vocabulo κώμη, non ab Attico κωμάζειν.

[s] Et omnia quoque δράματα, à Dorica voce δρᾶν.

CAP.

CAP. II. CAP. IV.

Origo et Progreſſus Poëticæ.

De cauſis Poëſeos, à par. 1. *Hiſtoria, tàm generalis de Poëticæ Origine, ac Diſtributione; Quo pacto in diverſas partes abiit: à par.* 7. *Quàm ſpecialis, tùm de Ortu Progreſſuque Tragœdiæ et Comœdiæ Simul; à Quibus et Quomodò utræque mutatæ fuerint; à par.* 19. *Tùm Seorſim, de Tragœdiâ; à par.* 20. *et de Comœdiâ à par.* 26. *De Epopœiâ; à par.* 33.

VIDENTUR autem genuiſſe Poëticam in univerſum, CAUSÆ duæ, atque hæ *non hominum Studiis excogitatæ, ſed* Naturâ inſitæ. 2. Nam et * [a] IMITARI, innatum hominibus, [1] A pueris eſt; ¶ 3. Atque [2] hâc re differunt *ipſi* ab aliis animalibus, quòd *homo* ſit *Animal* maximè Aptum ad Imitandum; [3] Primaſque rerum Perceptiones *ſibi ipſe* faciat per Imitationem, *non magiſtrorum*

Præmitt: *cauſæ*, quæ homines ad hoc ſtudium impulêre.

[a] Una Efficiens; Imitandi Deſiderium: quod natura inſêvit.

* *Sect.* 30. *Problem.* 7.

[1] Quoad ortum primum.

[2] Quoad perfectionem et eſſentiam.

[3] Quoad effectum: Quià attendentes tantùm quid alii gerant, res Imitando addiſcimus.

præceptis, ſed exemplis aliorum ductus. 4. * Et † [b] GAUDERE omnes rebus Imitatione expreſſis, *naturale eſt; veluti Picturis, Sculpturis, et ſimilibus.* 5. [1] Cui quidem *rei*, ſigno *eſt* id, quod contingit in Operibus *artificum:* Quæ enim ipſa *per ſe*, non ſine moleſtia *quadam* cernimus, horum Imagines exactiſſimè expreſſas dùm intuemur, gaudemus; veluti, et belluarum formas immaniſſimarum, et cadaverum; *in quibus niſi imitatio gigneret voluptatem, nihil illic erat, quod oblectare poſſet.* 6. [2] Cauſa verò, etiam hujus rei *eſt*, quòd DISCERE, non ſolùm Philoſophis *(quod quidam cenſent)* jucundiſſimum ‡ [c] eſt, ſed etiam aliis, qui ſimilitèr *quidem*, tametſi minùs exactè, *jucunditatis* ejus participes fiunt. Ob hanc enim cauſam gaudio afficiuntur, dum cernunt imagines *rerum*; quià contingit, Spectando Perdiſcere, et Quid unumquodque *ſit*,

* Errat interpres neque enìm hæc eſt illa altera cauſa. Vid. *Dacieri* notam, pag. 10.

[b] Altera, Imitandi *Finis:* voluptas aliorum ex Imitationibus percepta (quam quò poetæ augerent huic Studio ſe gnavitèr applicuere.) Eam naturalem eſſe monſtratur, 1. ὅτι à conſequenti et ſigno.

† 1. *Rhet. ca.* 11. *p.* 36.

[2] διότι, ab ipſius causâ: ſcil. perceptione rerum, quæ cunctis Mortalibus (etſi aliis plus quàm aliis) jucunda.

[c] Unde et Recognitio rei ex pictura, jucunditatem illam potiùs creat.

‡ 3. *Rhet. c.* 10. *p.* 2, 3, 4.

Ratioci-

Ratiocinari; veluti, *Hanc imaginem, Illum Eſſe:* *[d] Siquidem niſi *tibi* illum priùs contigerit vidiſſe, *Tabula hæc*, non propter effigiem imitatione expreſſam, voluptatem feret, ſed propter † artificis ſedulitatem, aut colorem, aut ejuſmodi aliquam aliam cauſam. ¶ 7. [e] Cum verò ſecundùm naturam nobis inſit, ipſum IMITARI, *et partes ſeu inſtrumenta ipſius*; ſcil. ‡ Harmonia, et Numerus *latè acceptus:* (Nam Metra, particulas eſſe Numerorum, manifeſtum eſt:) 8. § *Certè* à principio, qui naturâ apti erant ad hæc ipſa maximè, paulatim promoventes, Poëſin genuerunt ex iis, quæ Ex TEMPORE, *non præmeditato* protulerunt. 9. [z] *Quamvis* autem *ex hoc uno fonte manârit* Poëſis, diſperſa *tamen variè* eſt ſecundùm proprios *Poëtarum* Mores. 10. [f] Nam qui animo Excelſiores erant, Honeſtas *ſplendidaſque* imitabantur Actiones, et ejuſ-

* *Metaph.* 12. & 18. *Problem.* 3.

[d] Quàm induſtria artificis, aut coloris, aut alterius rei inſpectio.

† Ex ipſa operis accuratione.

[e] His præmiſſ. ſequitur *Generalis Hiſtoria.* 1 de *Ortu* Poëticæ.

‡ Altera cauſa originis Poëticæ. 3 *Rhet. ca.* 8. *p.* 2.

§ Is quorundam fuit (quorum benignior genius) *Extemporanea* dictio.

[z] De *Progreſſu* ac Diſtributione pro variâ poëtarum indole.

[f] Qui enim Graves, contulerunt ſe ad honeſta celebranda.

modi

modi hominum Illuſtrium Fortunas : 11. [g] Humiliores verò, Improborum *turpiumque*. 12. Ità ut primùm, *hi carmina, in aliorum* Vituperium, pangerent ; quemadmodùm alteri *illi*, Hymnos *Deorum hominumque* Encomia *Verſibus complexi ſunt*. 13. [3] Ac eorum quidem, qui Homerum *ætate* anteceſſerunt, haud poſſumus hujuſmodi nominare Poëma, *quod Vituperia in ſe contineat*. Veriſimile autem eſt, *qui tale condiderint*, extitiſſe multos. [h] Ab Homero autem exorſis, licet : velut, eſt illius Margites ; et talia *nonnulla aliorum opera*. 14. In quibus inſupèr, quòd *maledictis maximè* congrueret, Iambicum *ſuâ ſponte* acceſſit Metrum. Quamobrem etiam Iambæum, i. *Convitiatorium*, vocatur nunc ; quià in hoc Metro conviciis ſe invicèm lacerare ſoliti ſunt. 15. Atque *ità* ex Priſcis *illis*, *(quò genera carminum, materiæ ipſorum convenirent)* facti ſunt, alii quidem, Heroïcorum : alii verò, Iamborum poëtæ. 16. [4] Quemadmodùm au-

[g] Qui abjecti, flagitia agitârunt.
Undè duo genera : unum, Humile et Reprehenſivum.
Alterum, Laudativum et Grave.

[3] *Mutatio* grandiorum in *Epicos :* humiliorum in *Jambicos*. Nam Reprehenſivi generis opuſcula, quæ ante Homerum extabant, intercidêre omnia.

[h] Ab Homeri ætate ſuperſunt plurima ; ſed variatis formis, ut Homeri Margites.

[4] *Mutatio* Heroicorum et Iambicorum, in *Dramaticos :* quorum formas 1°. Adumbravit parens *Homerus* ; qui, dum veterum

tem et in gravibus ſeriiſque imitandis, maxime Poëta *appellandus fuit* Homerus: (Solus enim *veréque ſummus* fuit, non ſolùm, quià Rectè *aptéque*, ſed etiam quià Imitationes *grandiorum rerum*, Dramaticas fecit:) 1°. Sic et Comœdiæ Figuras *(quaſi per nebulam)* ſubmonſtravit primus; non Vituperia *et Maledicentiam antiquorum*, ſed Ridiculum *tantùm*, Dramaticæ *Imitationis* formâ complexus. Nam Margites, proportione *ſe* habet; ut Ilias et Odyſſea ad Tragœdias, ſic et ipſe, ad Comœdias. 17. *[2] Cùm autem patefacta apparuiſſet Tragœdia et Comœdia; qui ad utramvis Poëſin ferebantur, ſecundum proprium naturæ *cujuſque inſtinctum*, [i] alii quidem, *in humili genere poëſeos*, pro Iambicis, Comici Authores facti ſunt; [k] alii verò, pro Epicis, Tragici Magiſtri; eò quòd majores ac honoratiores Figuræ eſſent hæ, *(Tragœdia et Comœdia,)* quàm illæ, *quibus anteà dediti fuiſſent*.

rum relictâ viâ, perſonas quaſi in ſcena confabulantes faceret; Per Iliada et Odyſſeam, Tragœdiæ, formam; per Margiten, Comœdiæ, normam dedit.

2°. Poſt illùm, poëtæ quoque alii, evasêre Dramatici, pro naturæ cujuſque impulſu.

* Hæc in Supplemento Victorii, παραφανείσης δὲ τῆς τραγῳδίας καὶ κωμῳδίας.

[i] Alii, ex Iambicis ad *Comœdiam* delati.

[k] Alii ex Epicis, ad *Tragœdiam*.

18. Ac

18. [3] Ac conſiderare inſupèr, an Tragœdia *(quam recentiorum perpolivit ætas)* ità quoad Formas ſuas *adhuc completa ſit*, ut ſatis ipſi poſſit eſſe, necne; tùm ſi res ipſa *ſeorsìm* per ſe, *à doctis viris* judicetur, tùm ſi ad eos, qui in Theatro ſedent, *referatur*, alterius diſputationis eſt. ¶ 19. * [l] Cùm igitur *Poeſis*, à Principio *Tenui illo* extemporaneoque orta fuiſſet; [m] poſteà *re longiùs perductâ*, et hæc *ipſa*, *Tragœdia*, et Comœdia, *adaucta eſt*; Tragœdia quidem, ab iis qui Dithyrambum, *in Bacchi aliorumque Deorum laudes*, ſolennitèr canebant: [n] Comœdia verò, ab iis, qui Phallica, *i. e. obſcæna poëmata*, *de Diis Ruſticis cantata* (quæ uſque ad hoc etiam tempus multis in civitatibus, *tametſi non probentur*, reſtant tamen legibus conſtituta:) *ab iis*, *inquam*, paulatìm aucta eſt; dùm *ſemper ulterius illud* producerent *Poëtæ*, quantum quan-

3°. Tragœdia, (perinde ac Comœdia) nunc tandem ſuis numeris abſoluta eſt: que res (ſpectetur ne ad veritatis normam, an ponderetur ex opinione ſpectantium) inferiùs diſcutienda, cap. 7. pag. 7.

[l] *Hiſtoria ſpecialis* 1. De *Tragœdia Comœdiâque* conjunctìm. Quarum *Ortus* tenuis atque anguſtus; ut ſupra par. 7.

* *Infra cap.* 7. *p.* 11.

[m] *Incrementa* verò, à poëmatis rudioribus. Illi quidem, à Dithyramborum apparatu et cantibus adjectis.

[n] Comœdiæ verò, à Phallicis, *i. e.* incomptis ruſticorum cantilenis, ἀπὸ τοῦ φαλλοῦ, à Priapo dictis.

tum

tum ipſius *Comœdiæ, tunc* fieret manifeſtum. ¶ 20. [o] Et *certè* multas mutationes cùm ſubiiſſet Tragœdia, conquievit; quià ſuam ipſius naturam *jam* conſecuta eſt. 21. Ac [l] Numerum Hiſtrionum, *qui in ſcenam ſimùl inducerentur (cùm apud Priſcos Tragicos, Unus tantùm, per ſe, vel cum Choro loqueretur;)* ex uno, ad Duos *Interloquentes*, primus perduxit Æſchylus; [p] et partes Chori Prolixiores minuit; et [q] orationem Primarum Partium, *i. e. Prologi ipſius, ad aperiendam rem* inſtituit. 22. [r] Tres autem *Hiſtriones in ſcena colloquentes*, et [s] Scenæ Ornamentum, *picturaſque adjunxit* Sophocles. 23. [t] Prætereà verò, Magnitudo *ipſius*, ex Parvis *profecta* Fabellis, et Locutione Ridiculâ (ſiquidem ex Satyrico *humilique loquendi genere* mutationem accepit) ſerò majeſtatem ſuam nacta eſt. 24. [u] Et Metrum quoque, ex Tetrametro *ſeu Octonario*,

[o] Seorsìm; *Tragœdia*, diſcrepantibus poëtar. ingeniis huc illucque diù jactata, mox eò venit ubi commodè ſtetit.

[l] Ad dignitatem ejus; ab Æſchylo Numerus hiſtrionum auctus.

[p] Chori partes, contractæ.

[q] Prologium, perſpicuitatis gratiâ excogitatum.

[r] Poſteà, à Sophocle, hiſtriones inducti tres.

[s] Et Scenographia quoque.

[t] Fabula, quæ 1°. ſæculo breviuſcula et ſatyrica fuiſſet, jam grandior excelſiorque facta.

[u] Cui quidem granditati acceſſit metrum, quàm aptum? Senarium dico ex pedibus ſex.

Iambicum *ſeu Senarius* evaſit, *ut granditati ejus magis aptum*; [t] Nam primùm quidem, Tetrametro utebantur; * propterea quòd tunc Satyrica, magiſque Saltatoria erat *hæc* Poëſis. [u] Locutione autem natâ *quæ Tragœdiam* deceret; Natura ipſa, *ſuâ vi* proprium *congruumque* adinvênit Metrum: Ex omnibus enim Metris, Sermoni *Quotidiano* accommodatum † maximè eſt, Iambicum. Cui rei id ſigno eſt, quòd plurima *nos* Iambica proferamus imprudentes, in Collocutione *mutuâ:* Hexametra verò rarò, *et tunc ſolùm, cùm Grandiore oratione uſi,* excedimus eam, quæ ſermoni *familiari* quadrat, harmoniam. 25. [4] Prætereà verò, Epiſodiorum *tandem* Multitudines, et aliæ partes ſingulæ, *â junioribus Tragicis* adornatæ eſſe perhibentur. Ac de his quidem, tot nobis jam dicta ſint: Immenſi enim operis fortaſſe fuerit, percenſere ſingula.

[t] Priſcis enim ob Satyricam λέξιν, ſaltatorius numerus 1. octonarius ſeu trochæus, in uſu fuit.

* 3. *Rhet. cap.* 1. *pag.* 17.

[u] Poſtquàm elocutio perpoliri cœpit, excogitatum eſt Iambicum metrum. Quod quidem, ob brevitatem interloquiis ſcenicis confert; ſicut Tetrametrum, ob prolixitatem, ſaltationibus.

† 3. *Rhet. cap.* 8. *pag.* 5.

[4] Epiſodia denique ſeu digreſſiones, quæ veteribus una aut altera fuiſſet, juniorum ſtudio confectæ ſunt plures.

CAP.

CAP. V.

¶ 26. Comœdia verò [1] eſt, utì dicebamus, * Imitatio Deteriorum quidem, non tamen quoad Omne Vitii genus, *ſed quoad ejuſmodi* TURPE, *quod Riſum Movet*; ſiquidem particula quædam ipſius Turpis, ſit Ridiculum. Etenim [x] Ridiculum, eſt peccatum quoddam et turpitudo, citra dolorem, nec vim habens interimendi *eum cujus animo corporive hæſit*: [y] Veluti (quod in promptu eſt) Ridicula alicujus Facies, eſt Turpe quiddam *(quod maculam in ſe magnam habet)* ac diſtortum; ſine *hominis* tamen dolore, *cruciatuve ullo*. 27. [z] Ac Tragœdiæ quidem Migrationes *proceſſuſque*, Quæ, et Quorum operâ factæ ſint, *propter Poëmatis dignitatem* haud latuêre: Comœdia verò, quia in ipſa, *propter ejus humilitatem*, à principio poſitum *diù* ſtudium non erat, *homines* latuit. 28. Etenim Cho-

Comœdia 1. *Definitur*, Imtatio Pejorum, non omnium, ſed ejuſmodi turpium, que non odium aut miſerationem Tragicam, &c. ſed riſum cient.

* 1 *Cap.* 1. *pag.* 22.

x Ridiculum, eſſe τῦ turpis ſpeciem, ex ipſius definitione liquet.

y Exempl. Ridiculi; diſtorta facies, naſus repandus, &c.

z *Origo* Comœdiæ, non perindè nota ut Tragœdiæ, 1m. enim tempus, quo naſceretur, obliteratum eſt: quia minimi illa olim pretii fuit, pleriſque etiam ob maledicentiam inviſa.

rum Comœdorum; Magiſtratus, *qui ludis præpoſitus fuit*, ſerò *Poëtis è ſumptu publico* dedit; ſed *à principio* ſponte, qui volebant, *Chorum* ingrediebantur, *parteſque ejus canendo ſuſtinebant*. 29. [z] Deinceps verò, cum Figuras quaſdam, *Comœdia* ipſa jam nacta eſſet, ii qui ipſius ferantur Poëtæ, commemorantur. 30. * Quis autem Perſonas *ſeu Larvas* aſſignaverit, aut Prologos *ſeparatos*, aut Multitudines Hiſtrionum, et quæcunque id genus, ignotum eſt. 31. [a] Fabulas autem Fingere, *ad Comœdiam conſtituendam*, Epicharmus et Phormis † incœpêre: *Cùm* igitur *illi ambo*, *Siculi fuerint*, à principio quidem, è Sicilia venit *Fabula*. 32. [b] Eorum verò qui Athenis orti ſunt, Crates primus, cùm Iambicam formam abjeciſſet, cœpit abſolutè, *abſque Singularis alicujus inſectatione*, Conficere Sermones, ſeu Fabulas. ¶ 33. [c] Ac Epopœïa quidem, Tragœdiæ, *(tanquàm ex eodem loco profecta,)* ſolo

[z] Poſtquàm figuris ornatior enituit: Authorum ejus Nomina, memoriâ retinentur.

* Opera atque inventa, non item. Nam de Larvar. Prologi &c. inventoribus meminit nemo.

[a] Fabulam, ne ſingulos, ut antè viritim proſcinderet, univerſalem feciſſe perhibentur, Inter Siculos, Epicharmus, et Phormis.

† Ἦξαν ποιεῖν, i. e. πρῶτοι ἐποίησαν.

[b] Inter Athenienſes, Crates.

[c] *Epopœia*, quoad ſe *Totam*, Tragœdiæ *par*: quòd ambæ, imitentur metro: idque perſonas honeſtas.

Metro

Metro tenus, comitata eſt, *nempè* quòd per orationem *Metricam* Imitatio ſit Studioſarum, *graviumque Perſonarnm.* 34. [d] In eo autem, [1] quòd *Epopœïa*, Metrum Simplex habeat, *abſque Harmoniâ Numeroque addito*; et [2] Annunciatio rerum ſit, *non autem Actio*, hâc, *inquam*, ratione *inter ſe* diſcrepant: 35. [3] Præterea verò, Longitudine *Operis*; cùm hæc quidem, quàm maximè *poteſt*, conetur ſub Uno Solis Ambitu conſiſtere, aut *ſaltèm* pauliſpèr variare *et excedere:* [e] Epopœïa verò, Indefinita eſt Tempore: Et, *ſi quo temporis ſpatio definiatur* in hoc *etiam ab illa* differt: [f] Quanquam primis temporibus, ſimilitèr in Tragœdiis hoc *idem* faciebant; *(ut in longum tempus excurrerent,)* atque, in Carminibus Epicis. 36. [g] Partes autem, quædam, eædem ſunt *utriſque*, quædam Tragœdiæ propriæ: Quocirca, quicunque Tragœdiæ eximiæ, *ſeu*

[d] *Diverſa* eſt: 1. Quòd hæc, puro fiat metro; Tragœdia, concentu numeroque adjunctis. 2. Illa, perſonis quid evenerit, narrando; hæc, ipſas inducendo, ut agentes.

[3] In longitudine Fabulæ: Hæc enim unius diei ſpatio res ſuas conficit.

[e] Illa, excurrit infinite: aut cancellis, ſaltèm qui latiores ſint, clauditur.

[f] Antiquorum Ergo Tragœdiæ, ob earum prolixitatem reſpuendæ.

[g] *Partes Epicæ Eſſentiales*, Quædam, cum Tragœdia communes: (Fabula, Mores, &c.) Quædam Tragœdiæ ſolius: Melodia, et Apparatus.

perfectæ

perfectæ cognitionem attigit, et malæ; *idem* etiam attigerit Poëmatis Epici. Quæcunque enim Epopœïa habet, ea Tragœdiæ insunt; quæ verò ipsi insunt, non omnia habet Epopœïa.

CAP. VI.

37. Ac de Poësi *Epicâ*, quæ Imitationem Hexametris facit, nec non de Comœdiâ, posteriùs dixero.

CAP. III.

Tragœdiæ Definitio, et Partes essentiales.

Definitio Tragœdiæ, à par. 1. *Partes (quæ naturam ejus constituunt,) sex: Apparatus, par.* 4. *Melopœïa, et Elocutio: par.* 5. *Mores, Sententia, et Fabula: par.* 6. *Harum omnium ordines, dignitatisque gradus explicantur, à par.* 9.

DE Tragœdiâ *nunc* dicamus, si *priùs* Essentialem ipsius Definitionem, ex antedictis enatam, assumpserimus. Est igitur Tragœdia, [a] Imitatio Actionis Studiosæ et

Tragœdia, quid: Ejus,

[a] *Genus*, Imitatio Rei studiosæ. *Differentiæ* q^r. 1. a re Subjectâ.

Perfectæ,

* Perfectæ, Magnitudinem *idoneam* habentis, cum [2] Sermone per Formas *quaſdam* condito; *ità ut* ſingulæ *illæ*, in partibus Poëſeως *ſingulis*, Separatìm, [3] Agendo imitentur; et non per Enarrationem *rei*, ſed per [4] Miſericordiam, Metumque *factis expreſſum*, [a] ejuſmodi *vehementes animorum* Perturbationes undiquaquè Purgans, *expianſque*. 2. SERMONEM CONDITUM dico, cui *tria ſunt condimenta:* Rhythmus, *ſeu Numerus*, Harmonia *ſeu Cantus Muſicus*, et Metrum, *ſeu Carmen*. 3. [c] Illud autem, ut SINGULÆ FORMÆ SEPARATIM, *intelligo*, quod quædam *Tragœdiæ* partes, ſolùm perficiantur per Metra †; *ubi Chorus non canit:* et rurſus aliæ, *tantùm* per Melodiam; *ubi accedit Chori Cantus: Cui interdùm adjungitur Numerus: cùm grex ille, movetur et Saltat*. ¶ 4. [d] Quoniam autem *Tragici*, Agendo Imitationem faciunt, [1] primùm quidem, Tragœdiæ pars aliqua, *quæcunque illa ſit*,

* *Cap.* 1. *pag.* 22. et 27.
[2] Ab Inſtrumentis imitandi.
[3] Ab Imitandi Modo: Activo ſcil.
[4] A proprio Tragœdiæ Munere.
[b] Finis externus Tragici: Animor. luſtratio.
[c] Voces obſcuriuſculæ in Differentiâ 2ª explanantùr.
† *Cap.* 1. *pag.* 15.
[d] Ex Præmiſſ. collig. *Partes* Tragœdiæ *Formales*, ſex. 1. *Apparatus* eorum, quæ ſpectantium oculis ſubjiciuntur: Hiſtriones, Scena, Perſonæ, Veſtimenta, &c.

ex

ex neceſſitate, *Scenicorum erit* APPARATUUM ORNATUS; ¶ 5. [2] Deindè, MELOPOEIA, *ſeu Muſica*; et [3] ELOCUTIO: quia, cùm his *tanquam inſtrumentis utantur*, imitationem obeunt. Ac Elocutionem dico, ipſam Metrorum Compoſitionem; Melopœïam verò, idipſum quod *ſenſibus* manifeſtam ſuam omnem vim habet; *Ut in numero Saltationis, vociſque concentu.* ¶ 6. [4] Et quoniam Imitatio, *ſemper* eſt Actionis cujuſdam; [c] Agitur verò quodque ab Agentibus quibuſdam; * quos neceſſe eſt Cujuſdammodi eſſe, et quoad Mores, *(bonos, malos, &c.)* et *quoad* Animi Sententiam; *ſuadentem, laudantem, &c.* (Nam propter hæc *duo*, etiam Actiones, *quæ indè naſcuntur*; dicimus eſſe Cujuſdammodi: *Quanto magis, indidèm Cujuſdammodi dicentur homines?)* [f] *Certè* à natura, duæ Actionum ſunt Cauſæ; SENTENTIA ANIMI, et MORES; [g] Ac ſecundùm hos *duos* et aſſe-

[2] *Melopœia* vocalis: Cui interdùm accidit Motus Rhythmicus.

[3] *Dictio Metrica*, quæ proprium eſt Inſtrumentum Poëtæ.

[4] *Mores.* 5. *Sententia.* 6. et *Fabula.*

[c] Cùm enim Imitatio, ſemper ſit ipſarum Actionum: * Actiones autem, et qui eas agunt, à Moribus animique Sententiis dicantur ποῖοι.

[f] Sequitur in Poëſi, Actionis Cauſas eſſe, Mores et Sententiam.

[g] Morum, Sententiæque Finem eſſe Actionem.

quuntur

quuntur ſuum finem omnes et contrà, etiam indè depelluntur. [h] Eſt autem FABULA quidem, *ipſa* Actionis Imitatio: Dico enim Fabulam hanc, *quâ de hîc agitur*, eſſe Rerum Compoſitionem, *rectèque ordinatam Structuram.* [i] Mores verò, ſecundùm quos, *(quicunque illi ſint,)* Cujuſdammodi eſſe dicimus eos, qui agunt. [k] At Sententiam *animi*, ea omnia, quorum ope, qui verba faciunt, Demonſtrant aliquid, vel etiam ſententiam univerſalem Enunciant. 7. [l] Neceſſe igitur eſt, Omnis Tragœdiæ partes, eſſe Sex, ſecundùm quas cujuſdammodi eſt, *eſſentiamque ſuam habet* Tragœdia: Atque hæ ſunt; Fabula, et Mores, et Elocutio, et Sententia, et Apparatus, et Melopœïa. [m] Ad *Inſtrumenta* enim QUIBUS Poëtæ imitantur, *pertinent* partes duæ: *Melopœïa et Dictio:* Ad modum, QUO imitantur, una; *Apparatus:* Ad *Homines, et* RES, QUAS imitantur, tres; *Fabula, Mores et Sententia:* [n] Et præter has *invenitur* alia

[h] Atqui Actionis Imitatio eſt Fabula.

[i] Mores ſunt, quibus ποῖοι dicimur.

[k] Sententia; quâ monſtratur, vel enunciatur quidpiam.

[l] Ex dict: a part. 4. naſcuntur partes ſex: Fabula, Mores, Elocutio, Sententia, Apparatus, Melodia.

[m] Ratio Senarii, à Differentiis Imitationum, (de quibus cap. 1.) undè exortæ hæ Partes: ut ſex ad minimum ſint, non pauciores.

[n] Et (quià nulla alia detur) ſex ad ſummum, non plures.

nulla. 8. ° Atque his quidem, *velut* Formis (ut ità dicam,) uſi ſunt * *Poëtæ* plerique. Etenim et Apparatum habet cujuſque *Drama*, et Mores, et Fabulam, et Dictionem, et Melos, et Sententiam, eodem pacto. 9. ᵖ Maximum verò horum eſt, *et in conficiendâ Tragœdiâ præcipuum*, RERUM CONSTITUTIO. ᵠ Tragœdia enim, Imitatio eſt, non Hominum, ſed Actionum; nimirùm et vitæ *alicujus*; et fœlicitatis, atque Infœlicitatis. Etenim fœlicitas, in actione conſiſtit; et finis *humanæ vitæ*, eſt actio quædam, non *animi* qualitas, *ſeu habitus*. ᵠ Sunt autem *homines*, ſecundùm Mores quidem, *Cujuſdammodi ſeu* Quales quidam; At ſecundùm Actiones, fœlices, vel contrà. ʳ Itaquè *poëtæ*, non ut Mores *poſteà* imitentur, Agunt, i. e. *Drama*

° Confirm. Exemplo Veterum: quorum plerique (quâ Tragici, quâ Comici) ſingulas Species dictas, ſaltèm adumbrârunt in operibus ſuis.

* Sequitur *Caſtelv.* qui ex conjectura, τῶν ποιητῶν legit. vid. Not. pag. 18.

ᵖ Collatio dict. Partium: ut aliis antecellant aliæ: *Fabula* enim præfertur reliquis, preſertìm quia ipſis Morib. idque rat. tribus;

ᵠ A loco Topic. de Tragœdiæ Fine. Ea enim rerum humanarum eſt, atque omninò Fœlicitatis ac infœlicitatis Expreſſio.

ᵠ Atqui Perſonas omnes, ex Actionibus, fœlices aut infœlices dicimus, non quoad Mores.

ʳ Ergo Tragœdiam conficienti, non id quæritur, ut mores tantùm, ſed ut Mores exprimat, propter Actiones.

Componunt:

Componunt: ſed Mores unâ operâ complectuntur, propter *(id quod potiſſimùm ſpectant,)* Actiones. [s] Quare Actiones et Fabula, *ſeu Rerum Structura,* ſunt Finis Tragœdiæ: At Finis, eſt omnium *(quoniam illuc omnia referuntur)* Maximum. 10. [z] Prætereà, ſine Actione quidem, nullo modo fieri poſſet Tragœdia; At ſine Moribus poterit. [t] Nam Recentiorum Tragœdiæ quàm plurimæ, ſine *Perſonarum* Moribus ſunt; et omninò Poëtæ plerique *cujuſcunque generis, reperiuntur* hujuſcemodi; [u] veluti etiam ex Pictoribus, Zeuxis, ad Polygnotum ſe habet: Nam Polygnotus, qui imitatur bonos, Deſcriptor Morum eſt; At Zeuxidis Pictura, Mores habet nullos. 11. Prætereà, [x] *(ex diverſis, putà, Tragœdiis)* ſi quis *deſumpſerit,* ſeriatìmque collocârit Sermones Moratos, Dictiones, Sententiaſque bellè confectas; nondùm *illud* effecerit, quod Tragœdiæ eſt Opus: verùm, quæ

[s] Quare, Tragœdiæ Finis, non Mores, ſed Fabula. Ideoque omnium illa partium, præſtantiſſima. Quod enim propinquius fini, id dignius. 3. Top. cap. 1. p. 15.

[z] Rat. Quòd ſine Moribus ſcribi poteſt Tragœdia; at non ſine Fabulâ.

[t] Id conſtat exemplo Poëtarum.

[u] Et à Simili Pictorum.

[x] Nec moribus ſolùm, ſuperior eſt Fabula, ſed et cæteris univerſis. Id patet 1. ex Opere Tragœdiæ. i. e. Terribilium ac Miſerabilium Fictione. Cui Muneri exequendo, ut partes cæteræ, parùm; ità Fabnla, plurimum prodeſt.

his *partibus* * impolitiùs uſa ſit; modò Fabulam habeat, Rerumque Compoſitionem; multò potiùs *dicenda* erit Tragœdia. 12. [2] Adhæc, maximæ res, quibus capit, † *atque allicit* animos Tragœdia, ſunt Fabulæ partes; Peripetiæ, *inquam*, et Agnitiones. ‡ 13. [3] Præterea, id ſigno eſt, quòd, etiam qui aggrediuntur Poëma conſcribere, priùs Dictione et Moribus, cætera adamuſsim abſolvere valeant; quàm Res *Fabulamque* coagmentare: veluti etiam primi Poëtæ ferè omnes, *quum nondùm perfecta eſſet Poëſis*. Prima igitur pars, et velut anima Tragœdiæ, eſt *ipſa* Fabula. 14. [a] Proximo autem loco, ſunt MORES: [1] *His* enim affimile *quiddam* eſt, etiam in re Pictoriâ. Siquis namque *tabulam*, pigmentis licet pulcherrimis, *temerè* fuſímque illeverit; non perindè *ſpectantem* oblectet, § ac ſi, albo

* *Parcè, tenuitérque.*

[2] Ex partibus Fabulæ. (Mutatione Rerum, atque Agnitione:) Quar. in permulcendis animis, Divina vis.

† *Rhet.* 1. *cap.* 11. *pag.* 35.

‡ *Infrà cap.* 5. *pag.* 5.

[3] Ex ſcripturientium poëtarum facto: qui rem promptiùs adornare valent, quàm aptè componere. Hoc ergo præſtantiam notat: ſiquidem quod majori negotio minùs acquiritur, palmam mereatur: Rhet. 1. cap. 7. pag. 18.

[a] Secundas eſſe *Morum* vices: 1. patet à ſimili: ut enim nuda Effigies, in Tabula, ad gratiſſimos colores ſe habet: Ità, Simplex Fabula, ad Mores.

§ *Cap.* 2. *par.* 6. *in fine.*

licet

licet colore, imaginem delineârit *certam: Pari modo, in Tragœdiis, abſque Conſtitutione Rerum, minus valent Mores, quàm Morum expers Fabula.* [a] Eſt etiam *omnis* Imitatio, *propriè quidem, ipſius* Actionis, et per hanc, eorum *eſt* maximè, qui Agunt; *quibus primitùs hærent Mores.* 15. [b] Tertium verò, eſt SENTENTIA: Id autem eſt, Dicere poſſe ea *omnia*, quæ *Rei, quâ de agitur*, inſunt, *apteque* conveniunt. [c] Quod quidem, circa orationes *perficere*, et Politicæ *Scientiæ* Munus eſt, et *facultatis* Rhetoricæ. Nam vetuſtiſſimi *Poëtæ*, quos introducebant, Politicè faciebant loqui, *i. e. ex Rationibus rei Propriis:* [d] Qui verò noſtri ſunt temporis, Rhetoricè; *i. e. ex Communibus.* 16. [e] Sunt autem Mores * quidem, hujuſcemodi quid, quod Præelectionem *animi*, qualis illa ſit, aperiat; *idque* in iis *rebus*, in quibus, utrùm is, qui loquitur, eligat *quidpiam*, aut fugiat, nondùm ſatis liquet; Quo fit, ut Mores non habeant, orationes

[a] Prob. ratione. Quià ab Imitatione rerum pendet Morum expreſſio.

[b] Tertio gradu ſtat *Sententia:* Cujus vis eſt, ut verbis rationes exprimere poſſis, rei inſitas atque aptas.

[c] Tàm eas, quæ *ipſius* Rei Moraliſque Philoſophiæ, ſunt Propriæ.

[d] Quàm, quæ omnibus Quæſtionibus *Communes*.

[e] Mores quid. Eos enim ſuprà, par. 14. non niſi levitèr adumbravit. * *Supr. p.* 6.

aliquæ:

aliquæ : in *quibus ſcilicet non clàm, quid eligas fugiaſve, inſinues, (quod Moratæ orationes eſt :) ſed palàm illud apertéque prodas.* [f] Sententia * verò, *eſt* in iis *rebus*, quibus homines, perſpicuè *Demonſtrant* quidpiam, aut eſſe, aut non eſſe ; vel univerſale aliquid Enunciant. 17. [g] Quartum autem, eſt *ipſarum* orationum ELOCUTIO : Elocutionem autem voco, (quemadmodùm priùs dictum eſt, †) eam, quæ per Appellationem *idoneam* fit, *Animi* Interpretationem : Quod *quidem utrobique*, et in Metricis, et in Orationibus *Solutis*, eiſdem inſtructum eſt viribus. 18. [h] Reliquas verò quinque partes MELOPOEIA, *ſeu Modulatio, facilè* ſuperat, *ut* maximum *quoddam* condimentum *in Tragœdiis*. 19. [i] Apparatus autem, eſt quiddam, quod *magnam* in ſe alliciendorum animorum vim habet, ſed *præ cæteris* maximè eſt artis *hujus* expers ; miniméque Poëtices proprius : *cùm non Poëtæ paretur ſtudio, ſed adportetur foris*. 20. [k] Siquidem Tragœdiæ *Propria* Vis omnis, etiam abſ-

[f] Sententia, διάνοια, ſeu ἔννοια, quid. * *Supr. p.* 6.

[g] Quartum dignitatis locum poſcit *Dictio*. † *Pag.* 5.

[h] Quinto gradu eſt, ars conficiendi melos, ſeu *Melodia :* quæ aliundé importata eſt, (ut et pars 6.) ſed ſuavitate vincit omnes.

[i] Sexta ſtatio relinquitur *Apparatui :* De quo quid opus eſt plura dicere ?

[k] Cùm et Tragœdia, etiam ſola lecta, faciat, quod ſuum eſt :

que

que Certamine et Hiſtrionibus, *perfecta* ſit. 21. [1] Prætereà verò, in Apparatu concinnando; illius qui Scenæ Inſtrumenta parat, plus poteſt facultas, quàm ars Poëtarum.

[1] Et Apparatus, illius ſit Artis, quæ Ornatum ſcenicum parat: veſtes, aulæa, &c.

CAP. IV. CAP. VII.

Fabula, Quæ et Qualis.

Fabula, ſeu Rerum Contextus, præcipua et maximè neceſſaria Tragœdiæ pars eſt: quæ, 1°. Qualis debeat eſſe, conſtat ex ejus conditionibus tribus; quarum 1ª, par. 2ª. Altera a par. 5ª. Tertia, a par. 10. Corollarium de Poëtæ Munere, à part. 14. 2°. Comparantur Fabulæ inter ſe, ut Scias, Quæ Deterrimæ ſint, a. par. 25. et Quæ Optimæ, à par. 27.

EXPLICATIS autem his, [a] dicamus deinceps, Qualem eſſe oporteat Rerum Conſtitutionem, *ſeu Fabulam*; quandoquidèm hoc, et primum et maximum * eſt in Tragœdiâ; *ut in eo ornando, plurimum ſit operæ ponendum.* 2. [1] Poſitum autem nobis eſt,

[a] Fabulæ *Conditiones*, tres. * *Cap. pag.* 13.

[1] *Ordo partium.* Cùm enim Tragœdia (c. 2. p. 1.) Imitatio ſit, Actionis Perfectæ, ſeu Totius.

Tragœdiam

† Tragœdiam eſſe PERFECTÆ atque TOTIUS Actionis IMITATIONEM, quæ Magnitudinem *in ſe* habeat aliquam: Eſt enim etiam Totum quidpiam, id, cui nulla Magnitudo *notatu digno*; *ut, formica, pulex, &c.* 3. [b] Totum autem eſt, cui Principium, Medium, et Finis *ſeu ultimum* ineſt. [c] Principium verò eſt, quod ipſum quidem, aliud, ex neceſſitate non ſequitur, *(quâ Principium eſt:)* poſt illud verò, alterum, naturâ comparatum eſt, eſſe aut fieri, *Neceſſariò vel in Plurimis:* [d] Finis autem, *ſeu ultimum*, contrà; quod ipſum poſt aliud, naturâ comparatum eſt eſſe, aut ex neceſſitate, *et ſemper* aut plerùmque; poſt hoc autem, aliud *eſt* nihil: [e] Medium verò, quod et ipſum poſt aliud eſt, et aliud poſt ipſum *Neceſſariò, vel ut Plurimùm.* 4. [f] Oportet igitur benè Compoſitas Fabulas, neque Undecunque ſors tulerit, incipere, neque *temerè* Ubilibet terminare; ſed Formis uti, *Principii, Medii, Finiſque jam* dic-

† *Cap.* 3.

[b] Et totum id ſit cui Principium, Medium, Finis. [Plato in Parmenid.]

[c] Ac Principium (quod Actionem hanc ſpectat) à priore nullo pendeat.

[d] Finis; contra.

[e] Medium; quod utriuſque naturam ſapit.

[f] Requiritur, ut partes iſtæ (Principium, Medium, Finis) ſeriatim diſtincte locentur, non temere turpitèrque confuſe.

tis.

tis. ¶ 5. [z] Prætereà verò, quoniam quod Pulchrum *eſt*, (et animal *ſcil.* et aliud quidvis, quod ex *partibus* quibuſdam conſtiterit) non ſolùm has *partes* Ordinatas habere oportet, [g] verum etiam ut MAGNITUDO *ipſis* adſit, [h] non Quælibet *tamen:* (Nam Pulchrum in Magnitudine et Ordine manet:) Quamobrem, [i] neque omnino Perexiguum Animal, eſſe poterit Pulchrum; (ſiquidem conſpectio *ejus*, quùm propè inſenſibili tempore fiat, confunditur: *ne partium Reſponſio mutua, diſtinctè appareat*;) [k] Neque *omninò* Permagnum: *Ipſa* enim *remotarum partium* Conſpectio *(qualis eſſe unius corporis debet,)* haud ſimùl fit; ſed Unum ac Totum, *quod* ex eâ ſpectatione *naſci debuit*, ſpectantibus elabitur *atque evaneſcit:* veluti, ſi * decem-millium ſtadiorum eſſet Animal. 6. [l] Proptereà oportet, quemadmodùm in corporibus, ità et in animalibus, ineſſe quidem Magnitudinem; Hanc autem

[z] Condit. *Longitudo juſta* totius. Cùm enim (quò pulchrior eluceat res) adjungenda ſit Ordini partium, Magnitudo totius.

[g] Et Magnitudo ea, quæ ſit congrua;

[h] Nec Indefinita: ex. gr. Animal pulchrum eſt (Plato in Phædro:) Si

[i] Neque perpuſillum. [k] Neque nimiò vaſtum.

* Innumerabilium. *Errorem ex Riccobono duxit.*

[l] Efficitur, ut Fabulam, quæ pulchritudine placeat, commendet Longitudo, et Juſta ſcil. et talis, quam facile mandes Memoriæ.

eſſe, quæ facilè conſpici queat, *ſi pulchra illa videri debeant*; Sic et in Fabulis, *quò Pulchræ ſint*, habere quidem Longitudinem: hanc autem talem eſſe, quæ Facilè retineri poſſit Memoriâ. 7. [m] Longitudinis autem Finitio, quæ ad *Poëtarum atque Actorum* Contentiones * *refertur*, atque ad *Spectantium* Senſus, nequaquam *illa*, Artis eſt: Si enim centum Tragœdias in Certaminibus *ſimul* agi oporteret, ad clepſydras, *i. e. horologiorum menſuras* utiquè agerentur; *unicuique, temporis portiunculâ datâ*; (quemadmodùm quondam nec ſemèl *factum* eſſe perhibent.) 8. [n] Verùm Finitio Rei Geſtæ, quoad ipſius Naturam, ſemper quidem, quò major *eſt*, tantiſpèr dùm *Tota* ſimùl Perſpicua ſit, eò pulchrior eſt, ſecundùm Magnitudinem. 9. [o] Ut autem ſimpliciter definiendo dicam; in quantacunque Magnitudine *Rebus* ſecundùm Veriſimile vel Neceſſarium deinceps enaſcentibus, accidit *tandem* in Proſperam fortunam ex adverſa, vel

[m] At juſtæ Longitudinis Terminus quis? Non is quem horologii pulvis, vel aqua, dimenſum dedit: (Is enim Externus eſt atque artis expers.)

* *Infrà pag.* 26.

[n] Sed qui ex ipſa Rei Geſtæ naturâ: h. e. Ut *ſpeciatìm* loquar: ex Rerum Evidentiâ, Magnitudini non incommodæ conjunctâ.

[o] Ut *Universìm:* Ex idoneâ Fabricâ, ſeu Œconomiâ Rerum: Quæ neceſſario ubiquè cohæreat, aut ſaltem veriſimili nexu.

ex

ex proſpera in adverſam mutari, idoneus *is* terminus erit Magnitudinis.

CAP. VIII.

¶ 10. [3] Fabula autem eſt UNA, non, ut quidam putant, ſi circa Unam *Perſonam* ſit: Multa enim et infinita *attributa* etiam uni rei accidunt; ex quorum aliquibus *(accidentalibus ſcil.)* non conficitur aliquod Unum; *cùm, toto ipſa genere dijuncta ſint:* Sic verò, et Actiones Unius *hominis*, multæ ſunt, ex quibus nulla Actio ſit Una. 11. [p] Quamobrem peccare omnes viſi ſunt Poëtæ *illi*, quicunque Herculeïda, *i. e. Labores Herculis*, Theſeïda, *i. e. Actiones Theſei*, et ejuſmodi Poëmata fecerunt. *Falsò* enim putant, quoniam Unus erat Hercules, convenire, ut etiam *Herculis* Fabula, Una ſit; *quantumvis Actiones ipſius eſſent Plures.* 12. [q] Homerus autem, quem-

[3] Condit. [*Totius, partiumque Unitas.*] Fabulæ enim conſtitutio eſto Una: non eo modulo, quaſi in unâ permaneat eâdemque perſona, *&c.*

Sed *(ſupple)* quià Unius Actionis eſt, cujus ſingulæ partes ad unum referantur Finem.

[p] Undè; Mirum, quàm hallucinentur veteres: (quorum Poëmata, ex dijunctiſſimis Actionibus atque Eventis.)

[q] Quàm ſolus Homerus ſapuit! qui declinato Veterum ſcopulo; ne quaſlibet perſequeretur, Unicâ Actione contentus fuit.

admodùm et in aliis excellit, *ſic* etiam, hoc, *quod reliquos omnes fefellerat*, videtur præclarè vidiſſe; ſive propter artem *aliundè acceptam*, ſeu propter *bonitatem* naturæ *atque ingenii*: [r] Odyſſeam enim quum confingeret, non cecinit Omnia, quæcunque ipſi *Ulyſſi anteactâ ætate* acciderunt; (veluti, "*Eum, dùm vena-*" *retur, ab apro accepiſſe Vulnus in Parnaſſo,* " et *Simulâſſe Inſaniam, in Collectione Exerci-*" *tus;*" Ex quibus, quià alterum factum fuit, minimè Neceſſarium aut Veriſimile fuit, alterum *ex conſequenti*, factum iri: Sed quæ circa Unam *ſolum* Actionem, qualem Odyſſeam dicimus, conſtitêrunt. [s] Similitèr verò, etiam *dùm conficeret* Iliadem, *i. e. Actionem adverſus Trojam.* 13. [t] Oportet igitur, ut in aliis *Artibus* Imitatricibus, *(Citharisticê, Auleticê, &c.)* Una Imitatio, Unius Rei eſt; *putâ prælii, Naufragii, &c.* Sic et *in hâc arte*, Fabulam (quoniam eſt Actionis Imitatio) et Unius eſſe, et [u] hujus Totius; et [x] Partes Rerum, ſic *Cohærentes* conſtitui, ut

[r] Cùm in Odyſſeâ: de Ulyſſe in patriam reduce:

[s] Tùm in Iliad: de Achillis irâ.

[t] Ex condit. 3, Præcept. Fabulam, niſi ex unâ Actione non conſici: (quod innuitur par. 10.)

[u] Ex prima condit. Præcep. Ut Tota integráque ſit Fabula: (utì monuit p. 2.)

[x] Atque ut omnes ei partes, ſuo juſtoque diſponantur Ordine, utì p. 4.

ſi qua

ſi qua tranſpoſita, vel ablata fuerit, Diverſum reddatur, et moveatur Totum: Quod enim cùm adeſt, aut non adeſt, nihil, quod perſpicuum ſit, facit, id ne pars quidem *ejus* eſt.

CAP. IX.

¶ 14. [y] Manifeſtum autem *eſt*, etiam ex iis quæ dicta ſunt, non eſſe Poëtæ MUNUS, * *ea* Quæ, *Singulatìm* FIUNT, dicere; *(quippè quorum nihil intermediis hæret:)* [z] Sed *ea memorare*, Qualia factum iri contigerint, et Quæ POSSIBILIA fuerint, ſecundùm Veriſimile, vel Neceſſarium. 15. [a] Nam Hiſtoricus et Poëta, non eo, quòd hic, Numeris Adſtricta dicat, ille Soluta, *in ſe* differunt: Licebit namque, Herodoti opus in Metra vertere; neque minùs Hiſtoria *jam* erit cum Metris, quàm *priùs fuit* ſine illis; [b] Verùm in hoc Diſcrepantia eſt, quòd Hic *(Hiſtoricus)* QUÆ FACTA ſint, dicit; Ille *(Poëta)*

[y] Corollaria tria. primum, ex ſecunda Fabulæ conditione: de *Opere Poetæ*; Ne exponat ea, quæ quotidiè fiunt, ſeu Singularia.

* *Rem nudam.*

[z] Sed *Qualia* fieri aliquandò poſſunt aut debent.

[a] Id quod evincit collatio Poëtæ cum Hiſtorico: Neque enim illis, penes carmen (ut creditur) diſſenſio eſt: (Siquidem nec Proſa, hiſtoriam creat, nec verſus poëſin.)

[b] Sed in eo; quòd hic, ea perſequatur, quæ geſta ſint: Poëta, illa tantùm, quæ geri debuerint, potuerintvè.

QUALIA

QUALIA facta eſſe contigerit. 16. [a] Quamobrem Poëſis, etiam magis Philoſophica, magiſque ſtudioſa res eſt, quàm Hiſtoria: Nam Poëſis, potiùs, Univerſalia, Hiſtoria, Singularia magis dicit. Eſt autem *in hiſce rebus* UNIVERSALE, *nihil aliud, quàm* [c] QUALI *Homini,* [d] QUALIA Omninò, *(non,* QUÆ *Cuique)* accidant, dicere vel agere ſecundùm Veriſimile, vel Neceſſarium: [e] Id quod *apprimè* ſpectat Poëſis, dùm Nomina *Perſonis* imponit: *Quippe quibus (cùm univerſales fictitiæque ſint) nomen ſuum certaque natura defuit.* [f] SINGULARE verò, eſt; *veluti,* Quid Mali Alcibiades, *ingenio illo ſuo acri, Athenienſibus* fecerit; aut Quid *ab iiſdem* paſſus ſit. 17. [g] Ac in Comœdiâ quidem, jam hoc perſpicuum *ſemper* fuit: [h] Poſtquàm enim Fabulam *ſic* conſtituerint, ut ex Veriſimilibus, *omnia videantur ducta*; ſic deindè *Perſonis jam introductis,* Nomina *indiſcriminatìm,* hæc vel illa

[a] Corollar. ex priori. Poëſis Philoſophiæ ſimilior, quàm hiſtoria. Siquidem Poëtæ Fabula, Univerſales ac Indefinitas captet.

[c] Tàm Perſonas. [d] Quàm Res.

[e] Quibus (quò planiorem Rem omnem faciat,) etiam *Commentitia* imponit *Nomina.*

[f] Hiſtoricus verò, Singulares: ubì Impoſitione illa nihil eſt opus.

[g] *Nomina* autem, Poëtar. generibus, aliis alia.

[h] Comicis recentioribus, *Nova* et ficta.

imponunt;

imponunt; 18. Non autem, ut Iambici *veteres, (qui ſingulos viritim proſcidêre)* de *Rebus Perſoniſque certis* Poema faciunt. 19. [k] In Tragœdia verò Nominibus *iis*, quæ priùs facta *atque uſitata*, adhærent. *Cujus rei* cauſa eſt; quià, [m] quod Fieri Poteſt, *idem* Aptum ad Perſuadendum eſt. [n] Ac quæ quidem Facta non ſunt, nondùm fieri poſſe credimus: *ità ut nec ad perſuadendum ſint apta:* Quæ verò Facta ſunt, manifeſtum *eſt, ea* poſſe fieri; Neque enim facta fuiſſent; ſi *ex genere* eſſent *eorum, quæ* Impoſſibilia *ſunt*; [o] *Nunc igitur ipſorum eventus, dubitationem de illis tollit omnem.* 20. [p] Nec tamen non in Tragœdiis, nonnullis quidem, unum aut duo adhibentur Nota Nomina; reliqua verò, *Excogitata et* ficta. 21. [q] In quibuſdam autem, nullum: ut in Agathonis Flore: In hâc enim et Res Geſtæ, juxtaque *Perſonarum* Nomina, Ficta ſunt *miniméque priùs nota*; nihilòque minùs, *ſpec-*

[k] Tragicis, *uſitata* omnia placuêre: Sic enim plus fidei procurare ſe credunt Fabulis.

([m] Quæ enim Poſſibilia, πιθανὰ τὰ.

[n] Quæ haud dubiè Facta, Poſſibilia.

[o] Ergo quæ Facta, πιθανὰ τὰ.) ut neque à Pernotis heröum Caſibus, neque à Nominibus deflectendum putent.

[p] Quanquam hoc, illis minimè perpetuum eſt: Cùm in aliquibus Tragœdiis ſuis Nomen unum, alterumve uſurpent vulgatum, fingant cætera.

[q] In aliquibus, comminiſcantur omnia.

tantes

tantes legenteſque oblectant omnes. 22. [r] Adeò ne id quidem uſquequaquè curandum eſt, ut Fabulis *antè* Traditis, de quibus Tragœdiæ extant, *omninò* hæreamus *: Hoc enim *anxiè* quærere, ridiculum *nimis:* Siquidem etiam *Perſonæ ac Nomina*, quæ *Antiquis* pernota fuerint, nunc paucis *è vulgo* innoteſcant; tametſi oblectent univerſos. 23. [3] Perſpicuum igitur ex his *eſt*, Poëtæ agendum eſſe illud, ut *tantò* potiùs Fabularum, quàm Metrorum, ſit Artifex; quantò magis, ex eo, Quòd imitetur, ſit Poëta: Imitatur autem *nihil aliud, quàm* Actiones ipſas. 24. [5] Quamvis ergo acciderit, *ea* quæ Facta ſunt, canere, nihilominùs Poëta eſt: Eorum enim quæ *Verè* Facta fuerint, nihil prohibet, quò minùs talia ſint *nonnulla*, qualia veriſimile eſt, vel fieri poteſt, ut *Verè* ſint Facta; quo nomine, ipſorum ille eſt Poëta. ¶ 25. [t] Inter Simplices

[r] Ex dict. à par. 17, præcept. Ne in Veterum retinendis Fabulis, ſollicitum te habeas. Datur ſiquidem venia cudenti novas.

* *Cap.* 7.

[3] Corollar. ex 2. prioribus emergit. Ne Poëta, tàm *Carminum* ſit *artifex*, quam *Fabularum:* Quippe quar. compoſitio ſola, (ſepoſito verſu) Imitatorem te facit.

[5] Sive res fictitias narres, ſeu etiam verè geſtas: modò eas ità expreſſeris, uti debent fieri.

[t] Collatio Fabular. 2: (è conditionibus 3bus ab initio capit.) 1. Quæ *Deterrinæ?* Eæ ſcil. quæ non modò Simplices, ſed et Epiſodiis perperàm nexis refertæ.

autem

autem Actiones, * et Fabulas, *(quæ Implexis ſemper Sequiores;)* Epiſodicæ, ſunt Deterrimæ. [u] *Fabulam* Epiſodicam dico, in qua Epiſodia *(i. e. ornamenta aliundè advecta,)* alia poſt alia eſſe *ſeque conſequi*, neque Veriſimile, neque Neceſſe *eſt*; *ità ut nexum habeant nullum.* 26. [x] Ac tales *Fabulæ*, conficiuntur, à Malis quidem Poëtis, ob ipſorum *Inſcitiam*; [y] ab *Eruditis et* Bonis, *interdùm* propter Hiſtrionum *ſtudia: In illorum* enim *gratiam*, dùm Certamina quædam conſcribunt, Fabulamque extendunt ſupra id quod ferat, *(Epiſodio importuniùs inſerto)* ſæpenumerò diſtorquere coguntur, quod ex ordine eſt. ¶ 27. [z] Quoniam verò Imitatio *Tragica*, non ſolùm eſt Perfectæ Actionis *Imitatio*, ſed etiam Terribilium et Miſerabilium; [z] Hæc autem præcipuè fiunt talia, cùm Præter Opinionem; † *et magis, cùm* Alia ex aliis facta fuerint, *ut*

* *De quibus cap.* 5. *pag.* 2.

[u] Epiſodica Fabula? Cui Egreſſiones, atque Additamenta ſcil. ſine debito nexu inſerta.

[x] Quales contexuntur poëtis, Tàm ineptis;

[y] Quàm Probatis: Ab iis enim ſi hiſtrio, certaminis causâ longiorem Tragœdiam poſcat; illi, Epiſodiis infarctis, illius, gloriæ inſerviunt, non Fabulæ ſuæ.

[z] Collatio: Quæ Fabulæ *Pulcherrimæ?* Cùm enim Tragœdia, ſit Actionum ear. quæ Miſericordiam Terroremque cient.

[z] Quales, illæ potiſſimùm ſunt, quæ inopinatò fiunt: multòque magis, ſi nexu ſe excipiant mutuo.

† *Rhet. cap.* 10. *pag.* 14.

ex ſuis cauſis. 28. Ità enim plus Admirationis in ſe habebunt, quàm ſi à Caſu, et Fortunâ *fierent:* * Siquidem et inter ea, quæ Fortunâ *fiunt*, hæc maxime Admirabilia videntur, quæcunque tanquàm ex Induſtriâ *conſilioque*, apparent fuiſſe facta (veluti, quòd ſtatua Mityïs, *virtutis ergô*, Argis *erecta*, *Improbum* eum, qui cauſa interitûs Mityï fuit, *lapſa* interfecit; cùm in ejus caput, *tunc* intuentis, incideret. Videntur enim talia, non Temerè *ſed Conſilio Deorum, ac Ratione* eſſe facta.) [a] Quare neceſſe *eſt*, tales Fabulas, *ex talibus Formidoloſis Miſerandiſque contextas*, Pulchriores eſſe.

* (Si enim fortuita quædam, admirationem pariant; præſertim quæ quaſi ex propoſito videbantur facta: Quantò magis illa? quorum certa ſeries, conſilium callidum?)

[a] Efficitur, Pulcherrimam naſci Fabulam: ſi res illæ, ſic opinatò evenerint, ut quæ extremæ ſunt, reſpondeant hæreantque Primis.

CAP.

CAP. V. CAP. X.

De Fabularum generibus; Simplici et Perplexâ.

Fabularum (i. e. Actionum, quæ Fabulis exprimuntur) genera duo: Una, Simplex; par. 2. *Alia, Perplexa, Quæ Peripetiam habet, vel Agnitionem; à par.* 3. *Ex his, colliguntnr Speciales Fabulæ Partes tres: Quarum duæ, ſunt Implexarum Fabularum propriæ, Agnitio et Peripetia: à par.* 4ª: 3ª, *eſt omnium communis; ſcil. Perpeſſio; à part.* 13.

FABULARUM autem, [a] aliæ Simplices *apertæque* ſunt; aliæ *contrà*, Implexæ *atque impeditæ:* Etenim Actiones, (quarum Imitationes ſunt, *ipſæ* Fabulæ,) ſtatìm *ſuâ vi, abſque Poëtæ ſtudio,* ſunt tales. ¶ 2. [b] Appello SIMPLICEM Actionem, cui quidem, (cùm Continua *, utì definitum eſt, et Una facta ſit;) Tranſitus, *ſeu Progreſſus in Bonam ſeu Malam Fortunam* fit, ſine *admirabili* Peri-

Fabular. Formæ, [a] duæ: (idque Actionum reſpectu, quar. eſt Imitatio:)

[b] Una, *Simplex*, ſeu Explicata: in qua nihil præter propoſitum accidit, ab initio ad extremum uſquè, &c.

* *Cap.* 4.

petiâ *(i. e. ſubitâ Rerum Mutatione in contrarium,)* vel *Perſonæ diù Ignoratæ* Agnitione: ¶ 3. [c] IMPLEXAM verò, ex quâ Tranſitus *Rerum in alium ſtatum,* cùm Agnitione fit, aut Peripetiâ, aut *(quod ſæpè fit)* ambabus: *ità ut longè alitèr deſinant, quàm ab initio judicâſſes.* ¶ 4. [d] Has autem, *([1] Agnitionem et Peripetiam, &c.)* factas *exortaſque* eſſe oportet, *non Fortuitò, ſed* ex ipſa Conſtitutione Fabulæ, adeò ut ex Antefactis, aut Neceſſario *vinculo,* aut ſecundùm Veriſimile, accidat, eaſdem fieri: Multum enim intereſt, *utrum* Hæc PROPTER Hæc, * *ut effecta ex cauſis*; an POST Hæc *abſque nexu aliquo,* fiant.

CAP. XI.

5[a]. [e] Eſt autem PERIPETIA, *Admirablis ac Subita* eorum, quæ aguntur, in contrarium Mutatio, *ità facta,* ut dictum eſt; †*ſcil. An-*

[c] Altera, *Perplexa,* ſeu Implicata: Cui eventus, præter opinionem obvenerint: [1] Cum admirabili Agnitione; [2] vel cum Peripetia; [3] vel cum utriſque conjunctis.

[d] Quar. trium ſingulas cognoſcere opus eſt: et undè illæ naſci debeant:

Et Quomodò, Quôque poëtæ ſtudio:

* 2. *Rhet. cap.* 26. *pag.* 15.

[e] Primùm ergo: *Peripetia,* quid? Ingens rerum converſio: quæ vulgò *Cataſtrophe.*

† *Par. præced.*

tecedentium

tecedentium Rerum Vi; Atque hoc quidem, utì dicimus, * ſecundùm Veriſimile, aut Neceſſarium: 6. [f] velut, [1] in Oedipode; "*cùm* "*veniſſet Nuncius, tanquàm lætitiam allaturus* "*Oedipodi, regem illum à Corinthiis deſigna-*"*tum; eumque matris inceſtandæ metu (quod* "*ob Oraculo accepiſſet) liberaturus*;" ſimulatque aperiret, Quiſnam eſſet, *et Quo pacto educatus*; contrarium *ejus, quod propoſuerat*, effecit. 7. [2] Et in Lynceo; cùm *Lynceus Hypermneſtræ maritus*, duceretur ut moriturus; Danaus *ſocer*, proſequeretur, ut interfecturus; ex Fabulæ Rebus Geſtis, huic quidem accidit, *repentina* mors; illi, *inopinata* ſalus. 8. [g] AGNITIO autem eſt, ut etiam nomen ſignificat, ex Ignorantiâ, in Cognitionem Mutatio, aut [h] ad Amicitiam *contrahendam* tendens, aut ad Simultatem inter eos, [i] qui *à Poëtâ, ab initio*, ad Proſperam *demùm* Fortu-

* *Ibid.*

[f] Species ejus. [1] *Simplex*; Cùm una eademque perſona, ex fœlici fit infœlix; ut in Sophoclis Œdipode Tyranno: vel contrà;

[2] *Gemina* eſt: Cùm mirificè mutetur ſtatus hominum duorum; velutì in Lynceo Theodectis: Lynceus, uxoris operâ, incolumis: Danaus, à Lynceo interfectus: vide Pindar. Ode 10. Nemœ.

Deìn. [g] *Agnitio*, quid. Ejus genus.

[h] Differentiæ, duæ: una, ex proximo fine;

[i] Altera, ex remotiore.

nam,

nam, vel Adverſam determinati ſunt. 9. [k] Pulcherrima verò Agnitio *eſt*, cùm Peripetiæ, Simùl, *non Poſt aliquod Spatium* fiunt; *nempè eo* modò, quo *illa* in Oedipode, *Qui ſimulatque agnoſceret Laïum patrem, unâ ſe intellexit, eſſe miſerrimum.* 10. [l] Ac ſunt quidem etiam aliæ, *præter jam explicatam*, Agnitiones: Etenim et Res Inanimatas, atque alia quælibet, utì dictum eſt †, Agnitio conſequi ſolet, * Et ſi quæ Fecit quis, aut Non Fecit; *ea quoque* licet Agnoſcere: [n] Sed, quæ maximè *pertineant* ad Fabulam atque Actionem, *eſt ea Perſonarum Agnitio*, quæ dicta eſt. ‡ [r] Talis namque Agnitio ac Peripetia, et Miſericordiam excitabit et Metum: Qualium Actionum *(quæ Metu ſcil. et Miſeratione dignæ)* Tragœdia *eſſe* Imitatio, ſuppoſita fuit. [h 2] Præterea verò, ejuſmodi *Perſonis, quæ Agnitioni*

[k] Deniquè, *Agnitio Peripetiæ conjuncta*, reliquar. omnium multò ſuaviſſima.

[l] Atque Agnitionem hanc, [r] Fabulis nimioperè convenire, κατὰ διάκρισιν intellige: Nam,

[m] Reperiuntur, etiam aliæ ſpecies, ſequioris notæ: velut, Lapidum, veſtium, monilium, &c.

† *Par.* 8.

* *Item factorum rerumque in memoriam redactarum.*

[n] Verùm, hanc 3[m], (quam p. 8. dixi.) imprimis quadrare Fabulis, monſtratur,

[r] A fine Tragœdiæ: Miſeratione ſpectatorum et Metu.

‡ *Par.* 8.

[2] A Perſonis; quarum contigit fieri Agnitio. [h] *Cap.* 3.

huic

huic idoneæ ſunt, id accidit, ut Adversâ Fortunâ utantur, et Proſpera; *cùm id in aliis uſu non veniat.* 11. [o] Quandoquidèm igitur Agnitio, *(ut nomen indicat)* quorundam eſt Agnitio; Agnitionum aliæ quidem, erunt Alterutrîus *Perſonæ* ad Alterum ſolùm *agnoſcendum*; cùm, Alter ille, Quis ſit; anteà perſpicuum *notumque* fuerit: 12. [p] Aliquandò verò Ambos oportet, *ſe Invicèm* Agnoſcere: velut Iphigenia, *quæ Dianæ Sacerdos jam erat,* ab Oreſte *fratre* agnita eſt ex Miſſione Epiſtolæ, *quam dabat illi ferendam in Græciam:* Illi autem, versûs Iphigeniam, aliâ opus fuit Agnitione; *Argumentis ſcil. à Poëta Fictis.*

CAP. XII.

¶ 13. [q] Duæ igitur Fabulæ partes, circa hæc, *quæ geruntur,* ſunt Peripetiæ, et Agnitio: [r] Tertia verò, *eſt* PERPESSIO: * Atque ex his quidem, Peripetia et Agnitio, expoſitæ ſunt: 14. [s] PERPESSIO verò, eſt ac-

[o] 2. Agnitionem eandem doceo, duobus tractari modis: Nunc enim Simplicem eſſe, cum alterâ perſonâ agnitâ:

[p] Nunc, quaſi 2^cem, cum utriuſque cognitione mutuâ.

[q] Partes (quæ in Fabulis,) obſervantur tres. Duæ in Perplexis tantùm: quas hùc uſque expedivimus.

[r] Tertia, tàm Simplicib. quàm implexis conjuncta; *Perpeſſio:*

* 2. *Rhet. cap.* 10. *à par,* 22.

[s] Perpeſſio, quid.

tio

tio quædam, vim habens Interimendi, aut graves Dolores afferendi: velutì, * quæ in Aperto, *et Manifeſtè fiunt*; et Mortes *ſcil. allatæ quibuſdam*, et Cruciatus *acerrimi*, et Vulnera *impoſita*, et quæcunque id genus.

* *Apertæ coram omnibus, indictæque mortes.*

CAP. VI.

De Partibus Tragœdiæ Integralibus, ſeu Quantis.

Tragœdiæ partes, quoad ejus Quantitatem ſpectatæ, duplices, aliæ ſunt omnium Tragœdiarum Communes: Aliæ, quarundam duntaxat Propriæ: De Communibus, a par. 4. *De Propriis, p.* 9.

PARTES [a] autem Tragœdiæ, quibus tanquàm Formis *Eſſentialibus*, utendum eſt, priùs diximus: At ſecundum Quantitatem, et in quas *ipſa* dividitur, *Loco* Seperatas, hæ ſunt: [b] Prologus, Epiſodium, Exodus, Choricum, *i. e. Locutio, vel Cantus Chori uni-*

[a] Formas (quæ Corpus Tragœdiæ permeant,) propoſui cap. 3. Jam *Partes Quantæ*, (quibus magnitudo ipſius extenditur;)

[b] Aliæ, *Communes* omni ſunt Tragœdiæ, niſi mancæ.

verſi.

verſi. 2. Et hujus *Chorici*, una quidem pars *Mobilis, dicitur* Parodus ; altera verò, *Stabilis*, Staſimon. Atque hæ quidem, communes *ſunt Tragœdiarum* omnium: 3. [c] Propriæ verò *quarundam, ſunt Hiſtrionum* è Scenâ *lugentium*, et *Chori juxta ſcenam ſedentis*, Commi.

Quarum quidem partium luculentiſſima ſuppetunt exempla, ex Oedipode Tyranno Sophoclis : Quam cæteris Tragœdiis unam præpoſuiſſe videtur Ariſtoteles.

¶ [d] 4. Ac [1] PROLOGUS, eſt pars integra Tragœdiæ, *collocata* ante Parodum, *i. e. primum ingreſſum Chori.*

In Prologo, Creon (ad aperiendam fabulam) ſciſcitatur de cæde Laïi : Quæ, quià peſtilentiæ cauſa Thebis eſſet, ex oraculi monitu, expianda fuit.

Κρε. Ἦν ἡμῖν, ὦ ναῦ, Λάϊος πρὸθ' ἡγεμών.

Finito autem Prologo, ſuccedit Parodus ; de quo infrà. p. 7.

5. [2] EPISODIUM, *eſt* pars integra Tragœdiæ, *interjecta* inter plenos Choricos cantus ; *qui ſcil. ab univerſo fiebant Choro.*

[c] Aliæ, Quarundam (Patheticar. ſcil.) *Propriæ :* ut Commus, i. e. Lamentatio hiſtrionum, et Collugentis Chori.

[d] Ex Communibus partib.

[1] Anteſignanus eſt *Prologus* ; quo aperitur Argumentum Fabulæ ; Ejus locum, apud Latinos, occupat *Actus primus.*

[2] *Epiſodium*, producendæ Fabulæ gratiâ aliundè advehitur. Ejus vicem, Latinis, obeunt *Actus* 2. 3. & 4.

Incipit hæc pars, ab eo Parodi loco, ubi Tireſiam vatem, (cujus Perſona, adſcititia eſt) alloquitur Oedipus,

Οιδ. Ὦ πάντα νωμῶν Τειρεσία. — *ver.* 303.

Et protenditur uſque ad illud cantantis chori,

Χορ. Ὦ γενεαὶ βροτῶν. —— *ver.* 1190.

Ut omne illud, quicquid duobus iſtis, quaſi extremis, interjacet, exceptis cantibus Chori, pro Epiſodio habeatur.

6. [3] EXODUS *eſt* pars integra Tragœdiæ, poſt quam non eſt Chori cantus;

Incipit autem, ubi Nuntius, ſic:

Ἄγγ. Ὦ γῆς μέγιστα τῆς δ' ἀεὶ τιμώμενοι. *ver.* 1227.

Deſinitque unâ cum Tragœdia.

7. [4] Chorici autem, PARODUS quidem, eſt prima dictio Chori totius.

Initium Parodi eſt ubi Chorus, qui conſtat ex ſenioribus, affatur Oedipodem:

Χορ. Ὥσπερ μ' ἀραῖον ἔλαβες. — *ver.* 280.

Mox cantum celebrat trochaïcum, ex Anapæſto et Trochæo, qui Saltationum erant Numeri;

Χορ. Τίς οὐτιν' ἀ θεσπέπεια; — *ver.* 467.

[3] *Exodus*, Exitus: quandò exit Chorus in propinquum Scenæ locum.

[4] Chori partes duæ: [1] *Parodus*, ingreſſus: Ubi Cuncti deſcendentes in ſcenam, fabulari occipiunt; idque ſemper abſque cantu.

8ª. STASIMON

8ª. [z] STASIMON verò, *eſt* Cantus, *totius* Chori, *(quem eodem loco ſtantes canebant)* ſine Anapæſto Trochæo.

Cui parti initium facit ille cantus:

Χορ. Ὦ γενεαὶ βροτῶν. —— *ver.* 1190.

¶ 9. [c] At COMMUS, *eſt* communis lamentatio Chori *juxtà aſſidentis*, et *Voces Hiſtrionum, quæ prodeunt* è ſcena.

Sic plangit Chorus extra ſcenam, in Exodo:

Χορ. Ὦ δεινὸν ἰδεῖν πάθος ἀνθρώποις *ver.* 1300.

Cui Oedipus, miſerabili ejulatu reſpondet in ſcena.

Οιδ. Αἰ αἰ αἰ. —— *ver.* 1311.

Ac Partes Tragœdiæ *(inquam)* quibus, *ut Formis*, utendum eſt, priùs ſunt expoſitæ *; Quæ verò penes Quantitatem *ſumuntur*, et in quas ipſa dividitur, Separatas, hæ ſunt.

[z] *Staſimon:* quo grex ille, infortunium, quod evenerit, narrat: ideóque abſiſtit à motu: præſertim cum exitus ſubſequatur triſtis.

[c] Inter Proprias partes, eſt *Commus.* i. e. hiſtrionum ejulatus: idque ſemper in Exodo. Παρὰ τὸ κόπτειν: Quòd in eo frontem femurque percellerent.

* *Cap.* 3.

CAP. VII. CAP. XIII.

De Scopis in Fabula texenda obſervandis: Déque Opere Tragœdiæ.

Poëta, quò Tragœdiam pulcherrimam det, meditanti, curandum id, ut quaſdam, quaſi METAS, *quibus progrediendum, obſervet. Ità enim præclarum Tragœdiæ* OPUS, *Quod quæritur, ad umbilicum rectè perducet. Metæ, quas attingas declineſve, ſpectantur in eo, ſi Perſonas eliges, caſuſque peridoneos Fabulæ.* OPUS *Tragœdiæ, eſt, ut Caſus illos, (quanto poteſt, ſtudio) Terribiles efficias, ac Miſerandos. Primùm ergo de Perſonarum Caſibus ac Fortunis; a par.* 2[a]. *undè Præceptum, de Optima Structurâ Fabulæ: à part.* 7. *et Theorema, de Argumento Optatiſſimæ Tragœdiæ, à part.* 11. *Deindè, Terribile et Miſerabile, docet,* 1°, *Non ex Apparatu Scenico, ſed ex ipsâ Fabulæ Structurâ perfici: à part.* 15. 2°, *In Rebus Fabulæ Geſtis, artificiosè inſeri, atque intexi oportere; à par.* 19.

QUÆ verò oportet, *ut Scopos* ſpectare; et Quæ oportet, *ut Scopulos*, cavere, dùm conſtituimus Fabulas; et [a] Undè perficietur

Propoſitio, una, de *Metis*, in Fabulæ textu, perſequendis, declinandiſve. Vid. par. 2. [a] Altera, de *Opere* Tragœdiæ. vid. par. 15.

Tragœdiæ

Tragœdiæ Opus, *(in re Miſerabili et Terribili Fingendâ poſitum)* Sequitur, ut dicamus, poſt illa, quæ *adhuc* dicta ſunt. ¶ 2. [b] Quoniam igitur [1] Conſtitutionem Pulcherrimæ Tragœdiæ oportet eſſe, non Simplicem, ſed Implexam; [2] eamque, Terribilium et Miſerabilium Imitationem: (Hoc enim, proprium hujuſmodi eſt Imitationis, *minimeque cum cæteris Poëſeωn generibus commune:*) [c] Primùm quidem, perſpicuum *eſt*, *in ſcena*, Neque *egregiè* PROBOS viros, *et pietate inſigni præſtantes*, Mutatos, *lapſoſque* apparere oportere, ex Fortuna *valdè* Proſperâ, in *Res Maximè* Adverſas: [d] Id enim non *tàm* Terribile *eſt* aut Miſerabile, *(quod Tragœdia ſpectat)* quàm Conſceleratum *ac Impium*. 3. [e] Neque IMPROBOS, ex *gravi* Infortunio, in Proſperam Fortunam *provectos:* (Id enim maximè omnium à Tragœdiæ ſtudio alienum *eſt*; quià

[b] Quod ad *Metas:* Cùm laudatiſſima ſit Fabula, 1. Quæ Fortunæ tenorem variat, non eundem retinet (ut cap. 4. p. 25.) 2. Quæ Formidoloſas res docet ac Miſerabiles: (ex cap. 4. par. 27.)

[c] De *Metis* (*i. e. Caſibus* Perſonarum exhibendis, reſpuendiſve) res conſtat. Neque enim Perſona *Valdè Proba* et innocens placet, quæ conflictetur Maximis Malis:

[d] Hinc enim non Miſeratio, (quæ Tragœdiæ ſcopus:) Sed horror diraque execratio fortunæ; quæ viri integri, præter quàm decebat, incolumitati defuit.

[e] Neque *Valdè Prava*, quæ tranſmigret è Maximè Malis, in Maximè Bonas:

nihil

nihil habet eorum, quæ *Optimæ Conſtitutioni ineſſe* oportet: Neque enim quod Humanitatis Senſu Tangat, *ibi* ineſt, *cùm improbi præter modum ornentur*; Neque Miſerabile aut Terribile:) 4. [f] Neque rursùs valdè Pravum, ex Proſperâ Fortunâ in Adverſam incidere: Nam quod Humanitatis Senſu Tangat, *id quidem* forsàn tali Conſtitutioni inerit; ſed neque Miſeratio *ineſt*, nec Metus; Illa enim eſt erga eum, qui Indignè * *et contra fas*, Adversâ Fortunâ utatur; Hic verò, circa *Perſonam, ipſis ſpectatoribus conditione* Similem †. Erga eum, *inquam*, qui Indignè *Affligitur*, Miſeratio; circa Similem verò, Metus. Quare *quià Pravi homines, omni ſupplicio digni vivunt, probiſque prorsùs abſimiles:* Nec Miſerabile, nec Terribile erit id, quod *iiſdem* accidit. 5. [g] Reliquis igitur, *quis maximè idoneus habendus, eſt* inter hos INTERJECTUS. Eſt autem talis, [1] qui neque Virtute *inſigni* eminet, et juſtitiâ; *ſiquidèm facinus admiſit ultione dignum:* [2] Neque propter *animi* Vitium, et pravitatem, mutatur, *caditque* in Adverſam For-

[f] Aut è nimio Secundis, in ſummè Adverſas.

* 2. *Rhet. cap.* 10. *par.* 1. † 2. *Rhet. cap.* 12. *par.* 2.

[g] Sed ea Perſona introducenda, quæ inter dictas *Medioxuma*; viz.

[1] Ut quæ inter Pravos integroſque, *Aliqualiter Bona.*

[2] Neque ex animi pravitate, ſed *præ inſcitiâ*, infœlicitér agat.

tunam

tunam : Sed propter Erratum aliquod *humanum, et proindè Pravus prorſus dici nequit.* 6. [3] *Neque eſt Unus è Populo, ſed* ex eorum numero, qui *apud vulgus*, in Magnâ Exiſtimatione, et fortunati habentur: *quò major appareat Mutatio:* veluti, Oedipus, et Thyeſtes, et qui ex talibus familiis, *potentiâ opibuſque fuêre* illuſtres viri. ¶ 7. [h] Neceſſe ergo eſt, egregiè *ſe* habentem Fabulam, [1] eſſe magis *Exitu* Simplicem, *quæ ſcil. Unum unius Perſonæ Caſum exprimat*, quàm (ſicut quidam aiunt,) Duplicem, *quæ Duarum Duos.* 8. [2] Nec Mutari in Proſperam Fortunam ex Adverſa, ſed contrà, ex Proſpera in Adverſam: 9. [3] Non propter Improbitatem, ſed propter ERROREM Magnum: *Eumque*, aut talis *Perſonæ Illuſtris*, qualem dixi; *id eſt, inter Bonos Pravoſque Mediæ*; aut, *ſi recedat à medio*, Melioris *viri* potiùs, quàm Pejoris.

[3] Neque ſit homo plebeius. (Quales calamitati obnoxii:) Sed *Vir illuſtris*, vulgique Opinione Fœlix: cujus ex infortunio Mutatio major, miſeratio indulgentior.

[h] Ex dictis primo *Universìm*, liquet Laudatiſſimæ Structura Fabulæ:

[1] Cui Exitus unus, Unius hominis ſit, non Duorum duo:

[2] Et Caſus, infœlix.

[3] Et Cauſa Facinoris, non Malitia, ſed Imprudentia:

[4] Et Perſona ipſa Opulenti, vel Principis viri: qui Meliori propior ſit, quàm Sequiori.

10. Signo

10. [i] Signo autem *eſt*, etiam id, quod *Poëtis* uſu venit: Nam ab initio quidem illi, Quaſcunque Fabulas nacti eſſent, in numerum *Tragœdiarum* referebant; Nunc verò, *(uſu rectiùs docente)* circa Paucas Domos Pulcherrimæ componuntur Tragœdiæ: [k] velut, circa Alcmæonem, * *Tragœdia Theodectis*; et Oedipodem, *Sophoclis*; et Oreſtem, *Euripidis*; et Meleagrum, *Antiphontis*; et Thyeſtem, *Carcini*; et Telephum, *Agathonis*; et quibuſcunque aliis accidit, aut Gravia *et Atrocia, ab aliis* Pati, aut *in ſeipſos, crudelitèr, vel in alios, ex Perturbatione vehementi, aut per Inſcitiam* Facere. ¶ 11. [l] Atque ex hac quidem Conſtitutione, quoad Artis Normam, Pulcherrima † *et perfectiſſima* eſt Tragœdia: [m] Quamobrem etiam qui inſimulant Euripidem, *eàdem ratione* peccant *ipſi:* Quòd hoc in pleriſque faciat Tragœdiis *ſuis*; *(caſum, unius ſcil. per-*

[i] Hinc eſt, quòd Poëtæ, quibus olìm quilibet arrisêre Caſus; Nunc, errore agnito, pauculis ſe addicant familiis, quæ probitate Mediocres, Principes dignitate.

[k] Quarum Nomina extant aliquot; Fabulæ ipſæ, vetuſtate intercidêre.

* 2. *Rhet. cap.* 24. *p.* 11.

[l] *Speciatim* autem, conſtat: Celeberrimam quidem Tragœdiam, de *Unius* perſonæ *Calamitate* confici;

† *Cap.* 2. *p.* 18.

[m] Undè, quod Euripidi vitio dant: (Fabulis ejus, non niſi Unicam Perſonam, eamque Miſellam ineſſe:)

ſonæ,

ſonæ, ſeu familiæ, non Duarum) Quodque multæ ipſius *Tragœdiæ*, in Adverſas res deſinant, *non in Lætas:* [n] Illud enim, Rectum *atque ex arte* eſt, utì diximus. [o] *Cui rei* id ſigno vel maximè eſt, quòd in Scenis et Certaminibus, tales Tragœdiæ, *(in quibus Tranſitus illiuſmodi fit) vel* maximè apparent Tragicæ; * modò *aliàs* optatum exitum nactæ fuerint. [p] Et *ſanè* Euripides, tametſi alioquì, *Partes Fabulæ, Reſque ipſas Geſtas,* parùm rectè, *aptâque* Oeconomiâ diſponat †, *hâc* tamen *in parte, (quùm Unius Perſonæ, ſeu familiæ Rebus, finem Lugubrem imponat)* inter Poëtas *reliquos,* maximè apparet Tragicus. 12. [q] Secunda verò *Conſtitutio,* quæ à quibuſdam Prima dicitur, eſt quæ et Duplicem habet Conſtitutionem, *i. e. Diverſorum hominum Actiones Duas;* (ſicut *Homeri* Odyſsëa) [r] et deſinit ex *Fortunarum* Contrarietate; *quâ Perſonæ* Meliores *ſint Proſperitate;* et Pejores,

[n] Id quidem artificioſum, vel maximè.

[o] Cui ſuffragatur acerrimum populi judicium, in Contentionibus Scenicis.

* *Recte modo in ſcena ab hiſtrionibus agantur.*

[p] Et, quamvis Euripides, Fabularum ferè Œconomiâ labitur, hoc uno tamen bono, cæteris fecit, ut ſuperior eſſet.

† *Infr. cap.* 10.

[q] Proxima cenſenda Tragœdiæ *σύστασις*: quæ ex *Duorum* hominum *factis.*

[r] Eventiſque contrariis:

Infortunio affectæ. 13. [s] Videtur autem *inſcitioribus Tragicis* eſſe Prima, propter Theatrorum *ſeu Spectantium* imbecillitatem; *quos hujuſmodi Conſtitutio capit maximè:* Nam Poëtæ *deteriores,* Spectatoribus ſe accommodant, ad vota *delectationemque eorum* Poëmata conſcribentes: 14. [t] Hæc autem, *quæ capitur è Fabulæ parte Felici,* non ea eſt, quæ à Tragœdia *expectatur,* Voluptas, [u] ſed potiùs Comœdiæ propria: Ibì enim *(in Comœdia)* ſi qui Inimiciſſimi fuerint in Fabula; velut *ipſe* Oreſtes, atque Ægiſthus: Amici tandem facti, è Scena exeunt, neque ab alio quiſquam confoſſus occumbit.

[s] Eam, inſcitiores Poëtæ, priori præferunt: iique Spectantium deſideriis ducti: Quibus ut morem gererent, fœlicem ſemper ex alterâ Fabulæ parte, quærunt Exitum.

[t] Et quidem, voluptas, hînc aliqua, fateor: Non tamen ea, quæ Tragicæ Luſtrationi adhæret:

[u] Sed Quam Comicorum adferunt joci, nuptiæ, commeſſationes, &c. Quibus Cantor; "Vos, Plaudite, dicat."

CAP.

CAP. XIV.

Tabula ſequentium.

Opus Tragœdiæ, alitèr poſuére alii:	*Pleriſq; eſt, τὸ φοβερὸν καὶ ἐλεεινὸν imitatione expreſſum: idque 2b. modis.*	1 *Per Apparatum Luctuoſum hiſtrionis et ſcenæ; &c.*	*Par.* 15.
		2 *Per Conſtitutionem Rerum, ſeu Fabulam.*	
	Ineptioribus Poëtis, eſt τὸ τερατῶδες; idque Apparatu Monſtroſo oſtenſum.		*Par.* 18.

¶ 15. [x] Ac TERRIBILE quidem et MISERABILE, [1] ex Aſpectu *ſeu Apparatu* fieri licet; *cùm neces, vulnera, tormenta, promantur in Scenam, &c.* Licet verò, etiam [2] ex ipſa Rerum Conſtitutione, *citra Adſpectum, et ſolummodò pronunciata:* 16. [y] Id quod prius eſt,

[x] *Opus* Tragœdiæ, 1. *Univerſim*; Poëtarum Pleriſque, ex eo, quod miſerandum terrificumque, expreſſo, conſtat: idque 2bus modis.

[1] Per Apparatum ſcenæ, veſtes, picturas luctuoſas, &c.

[2] Ex Conſtitutione ingeniosâ Fabulæ.

[y] Quorum poſterior, antecellit priori;

et Poëtæ melioris * : Oportet enim, (etiam ſublato Spectaculo) Fabulam ſic Conſtitutam eſſe, ut qui tantùm audit res, quæ aguntur, et horreat et Miſereatur, ex iis Caſibus, qui *illîc* accidunt : In quas utiquè Perturbationes *pænè neceſſario* cadet, quicunque Oedipodis *Tyranni* Fabulam audiat. 17. [z] Hoc autem *Terrificum et Miſerabile*, per Aſpectûs *ſeu Apparatûs interventum velle* efficere ; et [a] artificii magis expers *eſt* †, et [b] Choragi ſumptus *magnos, ac præparationes* requirit ‡. 18. [c] Qui verò, per Apparatum, non Terribile *nobis*, ſed Monſtroſum tantùm *ſpectaculo* exhibent ; *velut, Hydras, Polyphemos, &c.* nihil commune habent cum Tragœdia ; *tametſi hæc, ſuo more Delectent.* [d] Neque enim omnem à Tragœdia oportet Voluptatem quæri, ſed propriam *et ſuam.* ¶ 19. [e] Quoniam verò [f] Poë-

* *Cap.* 3. *& infra c.* 18.

[z] Prior autem, improbandus ;

[a] Cùm propter ipſius vitium.

[b] Tùm ob incommodam pecuniarum effuſionem.

† *Cap.* 3. *& cap.* 12.

‡ *Cap.* 3.

[c] Alii ſcriptores perridiculè : Tragicum Opus, ex eo quod miraculoſum eſt ciunt, idque Apparatu monſtroſo oſtenſum.

[d] Quid inquis : Nulla ex prodigiis voluptas ? Fateor hercle : Sed quæ admirationis Epicæ ſit propria, non perturbationis Tragicæ.

[e] Jam *Speciatim*, demonſtrat διότι.

[f] Cur τὸ ἐλεεινὸν καὶ φοβερὸν (quod Tragœdiæ Opus eſſe dicimus) Rebus ipſis inſerenda ſint.

ta,

ta, eam quæ ex Miſeratione Metuque oritur, conficere Imitando Voluptatem debet; manifeſtum eſt, hoc *imitandi Opus, Fabulæ ſeu* Rebus Geſtis imprimendum eſſe; *quò Terribiles ipſæ videantur, et Miſerabiles.* 20. [z] Ex iis igitur, quæ accidunt, Qualia *tolerantibus* Gravia *, *quæ hominibus Timorem:* et Qualia Lugenda, *quæ Miſerationem movent*; jam ſumere *aggrediamur.* Neceſſe autem eſt, hujuſmodi facta, aut [f] Amicorum eſſe *hominum* inter ſeſe, aut Inimicorum, aut Neutrorum, i. e. *inter hos Mediorum.* [g] Si igitur Inimicus, Inimicum occiderit, *vel alio gravi malo affecerit,* nihil Miſerabile (neque dùm hoc facit, neque dùm mox facturus eſt) oſtendit: præterquàm in ipſa Perpeſſione; *quæ poſtquàm peracta ſit, atrox eſſe deſinit:* [h] Neque ſi *ſe* Neutro modo habentes, *occiderent, &c.* 21. [i] Quandò au-

[z] Quo pacto Res ipſæ ad Luctum Terroremque formentur; idque hoc Præmiſſo: πὰ δεινὰ καὶ οἰκτρά, i. e. Res Actioneſque (que Fabulis inſunt) Acerbas et Luctuoſas.

* *Rhet. cap.* 10. *p.* 19.

[f] Ejuſmodi Perſonarum eſſe, quæ 1 Charæ ſibi invicem: 2. Vel Odiis accenſæ: 3. Vel quæ Medio modo.

[g] Atqui, ſi Neque Inimicorum dici queant: (Eos enim ſi confeceris, Egregium cenſetur facinus, nedum miſerandum, ſeu Tragicum.)

[h] Nec eorum, qui Interjecti:

[i] Efficitur, ut Atrocia illa in Fabulis, Amicorum eſſe debeant, i. e. ſummâ Charitate ac præſertim Sanguine junctorum.

tem

tem in Amicitiis, *et conſanguinitatibus* inſerantur *hujuſmodi* Perpeſſiones, *et injuriæ atroces*; velut ſi Frater, Fratrem; *ut Eteocles Polynicen*; aut Filius, Patrem; *ut Oedipus Laïum:* aut Mater, Filium; *ut Merope Creſphontem:* aut Filius Matrem; *ut Oreſtes Clytemneſtram*; *per ignorantiam* occiderit, vel *paulò poſt* occiſurus fuerit, vel tale quid aliud fecerit, *quod pietatem violet*; hæc *ſedulo, è Veteri Memoriâ* quærere, *et capeſſere* oportebit. 22. [l] Ac Receptas quidem Fabulas Diſſolvere *, *i. e. præcipuum earum Eventum (quo perpeſſiones tales continentur.) Mutare*, non licet: (Dico autem, veluti, " Clytemneſtram Occiſam ab Oreſte, et Eriphilen ab Alcmæone;") [m] Sed ipſum *Poëtam*, vel Novas, his Similes, *de ſuo* Invenire; vel [n] Traditis illis Pulchrè uti, *atque emendare* oportet. 23. [o] Quid autem vocemus PULCHRE, apertiùs exponamus. [l] Licet enim ſic Actionem fieri, utì

[l] Ex præmiſſ. Præcipitur: Quò ipſum [τὸ ἐλεεῖν καὶ φοβερόν] effingas, ut cupis: Ne Fabulas, quæ à majoribus Relictæ, extant, temerè diſſipes:

* *Cap.* 4.

[m] Sed vel ipſe, per te excogites Novas:

[n] Vel Veteres illas, (ni plurimâ emendatione opus ſit,) quantum poteſt, rectè ordineque pertractes.

[o] Hic autem *Gradus*, 4. ſunt: quibus poſſint ea Melius vel Deterius adminiſtrari:

[l] Cùm, quod *quiſpiam* inceptat, *Facinus*, ejus ſatagit *Sciens*.

antiqui,

antiqui, *(quibus impolita res;)* faciebant: *ut ſcelus ſcil. Patrent homines* Scientes, et cognoſcentes, *quid agant:* Quemadmodum etiam Euripides, occidentem liberos Medeam * facit, *quam tamen nihil tale molientem induxiſſet Carcinus:* 24. [2] Licet verò, etiam ut Agant quidem, verùm Ignorantes, rem Agant atrocem: poſtea verò *eorum, in quos patratum eſt ſcelus,* Amicitiam *et propinquitatem* Agnoſcant; ut *fecit* Sophoclis Oedipus, *qui patrem Laïum interémit.* [p] Atque hoc quidem, Extra *ipſum* Drama; *Siquidem in eo, non Patratur facinus, ſed ut ante illum diem, geſtum Commemoratur:* [q] In ipſa verò Tragœdia, *dùm Actio repræſentatur, atrocem rem agunt:* veluti, Alcmæon *Poëtæ* Aſtydamantis: [r] vel Telegonus, in Ulyſſe Vulnerato. 25. [3] Quinetiam præter hæc, tertium *datur:* cùm quis ſævum aliquod facinus per Ignorantiam facturus erat; et

* 2. *Rhet. cap.* 25. *p.* 9.

[2] Cùm quod *Inſciens* fecerit, poſteà, conjunctione agnitâ, doleat factum.

[p] Quod quidem, vel Extra Fabulam fit: ut in Œdipode Tyranno, cædes Laii.

[q] Vel in ipsâ Actione introducitur: ut matricidium Alcmæonis:


[r] Et Telegoni patricidium, apud Anonym.

[3] Ut, ſi Inſciens aggreditur ſcelus, quod, Agnitione interveniente, miſſum facit.

priuſquàm

priuſquàm faceret, Agnovit. [4] *Quibus inſuper adjungi poſſet modus quartus, cùm Sciens facturus, non fecit.* 26. [s] Et præter iſthæc *quatuor*; aliter *fieri* non licet: Aut enim Facere neceſſe *eſt*, aut Non Facere; et Scientes, aut Neſcientes.

Modi Quatuor.



27. [t] Ex his autem, peſſimè *contextum eſt illud*, cùm quis *perſonam* Sciens, Facturus jam erat nec tamen Fecit: [u] Etenim et Conſceleratum *quid* habet, *(propter voluntatem; quia*

[4] Grad. (ſuppl.) Tragœdiæ ineptus: ut ſponte mutet, quod decreverat Sciens.

[s] Naſcuntur hi quatuor Gradus, ex Diviſione per Oppoſita Membra: quorum conjugationes quatuor hoc typo vides.

[t] Collatio dictorum Modorum: Maximè enim damnandus eſt. 4. quià,

[u] Et Scelus habet; quod Miſericordiâ minimè dignum eſt.

per

per ipſum non ſtetit ; quìn expleret) [x] et minimè Tragicum; utpotè, quià Perpeſſione careat; *Morte, Vulnere, &c.* Quamobrem, *licet à Priſcis frequentata ſit hæc coagmentandi ratio ; Poëtarum tamen Recentium* nemo, ſimilitèr facit, niſi admodùm rarò ; velut, in Antigona *Sophoclis*, Creontem *patrem* Æmon *Sciens, perimere conatus eſt, nec perfecit tamen.* 28. [y] Nam proximum *eſt, cùm quis Sciens nefariè Facturus fuit,* Effeciſſe : 29. [z] Melius autem *eſt, eum* Ignarum quidem, rem Feciſſe; cùm verò fecerit, *Amicitiam vel conſanguinitatem* Agnoviſſe : Quippe *ei facinori* Sceleratum non adeſt : *quià, Perſonam ſibi conjunctam eſſe Ignorans, fecit :* [a] et *Perſonarum Agnitio,* Stuporem *ſpectantibus* inducit. 30. [b] Optimum verò *eſt,* poſtremum. Dico autem, velut, in Creſphonte *Euripidis*, Merope interfectura quidem filium erat, *ut hoſtem ;* verùm non interfecit ; *cùm filium ſuum eſſe* agnoviſſet ; Et in *ejuſdem* Iphigenia in *Tauris :* Soror, *Oreſ-*

[x] Et πάθος i. e. Perpeſſionem exhibet nullam.

[y] Proximâ vice, improbandus eſt 1. quoniam Perpeſſio licet ibi adſit, haud placet Scelus.

[z] Commendatior 2. quippe, Et vacuus omni ſcelere ;

[a] Et ex Agnitione, ſtuporis plenus.

[b] Tertium præpono cæteris ; ſiquidem ſpectantes percellit, interimque conſulit pietati. Sicuti de Creſphonte traditur, de Iphigenia, de Phrixo ; cujuſmodi caſus, non niſi paucis accidêre familiis.

tem immolatura, Agnovit eſſe fratrem: Et in *ejuſdem* Helle, Filius *Phrixus*, cùm matrem *in manus hoſtium* dediturus eſſet, agnovit: *Similique modo, in Similibus familiarum illuſtrium Perpeſſionibus.* 31. [c] Ob hanc enim cauſam, Tragœdiæ, (quod pridèm dictum eſt *) Non circa Multas conflantur Familias: Hujuſmodi enim Conſtitutiones in Fabulis dùm quærerent *Poëtæ veteres*; non Arte *et doctrinâ (cujus expertes erant)* ſed Fortè fortunâ *ipſas* invenerunt. Itaquè conferre ſe coguntur ad hujuſmodi Domos, quibuſcunque tales acciderint Perpeſſiones. [d] Ac de Rerum Conſtitutione *in Tragœdia*, Quales, [e] Quaſque Fabulas eſſe oporteat, *&c.* ſatis dictum eſt.

[c] Atque hoc eſt, quòd Poëtis perpaucæ Domus Tragœdiis, (quæ ad hanc ſcribantur normam,) patefactæ ſint. Ut quoniam, exactiore ratione quod confingant, non ſuppetit, in eaſdem familias, iterum iterumquè diverti, neceſſe ſit.

* *Par.* 10.

[d] Epilog. dictorum à cap. 4. ad hunc locum.

[e] Et à cap. 4. ad cap. 7[m].

CAP.

CAP. VIII. CAP. XV.

De Moribus Perſonæ Tragicæ conformandis.

De Moribus, quibus, præditæ finguntur Perſonæ (prout, in vita colenda, hi, ad hanc rem proclives eſſe ſolent; illi, ad aliam:) primùm notat, Quæ, Poëtis Cuſtodienda ſint, in Moribus bonis, à par. 1[a]; *et Quæ Fugienda in contrariis, à par.* 7. *Deindè Methodum, et Regulas quaſdam proponit de Moribus aptè politéque exprimendis, à par.* 10.

CÆTERUM, de *Indole, ac* Moribus *eorum,* [a] *qui introducuntur,* quatuor ſunt, quæ ſpectare oportet. 2. [1] Unum quidem, et primum; ut BONI *commodique* ſint. [b] Exhibet autem *Perſona* Mores; cujus, ut dixi *, oratio vel actio, manifeſtum reddat *conſilium, ſeu* præelectionem quandam: Pravos quidem, ſi pravam; Bonos, ſi bonam. 3. [c] Sunt au-

[a] Ingeniis *Moribuſque* Perſonarum, conditiones tres: 1. Sint *Frugi et Boni.*

[b] Mores, tam boni, quàm mali, universìm, Qui ſint: Et

* *Cap.* 3.

[c] Quibus differentiis diſtincti. Quoad Sexus ſcil. et Fortunas.

tem *iſti, (Boni et Pravi,)* in quoque genere; *(Fortunâ, et Sexu.)* Nam et Vir, et *(quanquam rariùs)* Mulier, eſt *in ſuo genere,* bona; et Servus, *in ſuo.* Tametſi ex his, fortaſsè Illa, *naturâ eſt* pejus *quid Viro*; Hic autem *(Servus)* omninò *et undiquè malus*; *verùm ex malis, minimum, pro bono habendum* *. 4. [2] Secundum *eſt,* ut *perſonis* CONGRUENTES *ſint*; *in quo multis poteſt modis peccari:* Fortem enim eſſe *in rebus gerendis,* vel Terribilem *et Gravem,* Viriles quidem ſunt *laudatique* mores: Mulieri *ſi affingas,* nihil minùs congruet, *nihil ſequiùs.* 5. [3] Tertium verò, † ut *præſenti ſint ſæculo* PER quàm SIMILES ‡; Hoc enim aliud *quiddam eſt* ab eo, quod antè dixi [d]: "[Bonos *feciſſe* vel Con-" gruentes Mores.]" 6. [4] Quartum autem, ÆQUABILES; *tenore eodem ſervato, ne diſſentiant ſibiipſis:* [d] Quamvis enim Perſona, *Inæquabilis ſit,* quæ præbet imitationem *ſui,* ta-

* 3. *Rhet. cap.* 7.

[2] Lex: Sint cuique *Congruentes:* ſexui, ætati, nationi, &c.

[3] Condit. *Reſpondeant* ei tempori, quando introducuntur.

† *Ut exprimantur, quales fuiſſe eos memoriæ traditum eſt.*

‡ *Cap.* 1. [d] P. 2.

[4] Ut ſint *Æquabiles,* i. e. ab unâ formâ exorſi, in eandem deſinant: Sive Conſtantis animi fuerint:

[d] Sive Inconſtantis fœminæ: Cujus mutabilitas, qualis ſemel inducta, talis perpetuetur ad extremum. Quantô magis naturâ ſtabilis, par ſibi eſſe debet, ac jugis?

leſque

leſque Mores *ſpectanti* ſubjiciat, *modò ut harum ſit partium, modò illarum*; Tamen *in omni ſuo facto,* Æquabilitèr Inæquabilem decet eſſe *quô perpetuò ſibi conſtet.* ¶ 7. [e] Improbitatis autem Morum, quæ minimè Neceſſaria *eſt, (neque ſatis juſtam ob cauſam introducta)* exemplum *habes,* in Oreſte *Euripidis: ubi Menelaus, inſignitèr Nequam fit; quùm ſine tanta clari viri macula, ad Exitum Res commodè perduci poſſet.* 8. [f] Eorum verò, qui Minimè Deceant, nec *Perſonæ tantiſpèr* congruunt, eſt et *Muliebris Ejulatio* Ulyſſis, *aliôqui viri fortis,* in Scylla: [g] Et *Subtilis atque accurata puellæ Melanippes* Dictio, *ex opinione Anaxagoræ.* 9. [h] At Inæquabilium *exemplum, eſt* Iphigenia in Aulide: Dùm enim *primùm timidè, ut virgo, pro ſe* Supplicat, nullatenùs ei, quæ mox apparet, conſimilis eſt; *ubi, magnâ Naturæ Mutatione, Morti ſe lubens Offert pro ſalute Græcorum.* ¶ 10. * Opus verò eſt, etiam [i] in

[e] Mores ſupradictis contrarii: in quibus prævaricantur poëtæ, cùm alii, tùm præſertim Euripides: cui exempla non deſunt Tùm *Improborum* morum;

[f] Tùm *Parum Convenientium:* Sive deteriores feceris, quàm addecuit:

[g] Sive exquiſitiores.

[h] Tùm *Inæquabilium:* qui mutato tenore, diſſentiant à ſemetipſis.

* De moribus (κατὰ τὸ ἀκριβὲς) præcepta duo: 1[m]. Ut in illis (non minùs quàm in Fabulâ) *cohæreant* cuncta, i. e. Ut aliis alii tribuantur Mores:

Moribus,

Moribus, ſicut, et in Rerum Conſtitutione *, ſemper quærere, *quod Seriatìm Cohæreat, ut* Neceſſarium *ſcil.* aut veriſimile: ità, ut, et Perſonam *tali indole præditam,* talia † Dicere vel Agere, Veriſimile, aut Neceſſe ſit. [k] Et *in omnibus (tàm Moribus, quàm quæ exindè elucent, Dictis, &c.)* HOC POST HOC fieri, Neceſſarium *quoquè ſit,* aut Veriſimile. 11. [l] *Hinc* igitur manifeſtum eſt, et Solutiones Fabularum *(quæ Nodum expediant)* [1] ex ipſa oportere Fabula evenire, *ſeminibus rei prius jactis*; non autem *aliundè* à Machina: [m] Sicut in *Euripidis* Medea; *quæ, cùm è Corintho elabi non poſſet, Solaris Vehiculi auxilio, Mariti ſuperfugit vim:* et [n] in *Tragœdia* Iliade, *finguntur* illa, circa Renavigationem *à Troja*; 12. [2] Sed Machinâ utendum eſt, ad ea quæ Extra Drama *(i. e. Actionem Illius Diei) manent*; quæcunque *ſcil.* [o] vel anteà erant Facta,

* *Cap.* 5.

† *Qualia ſupra innuit pa.* 2.

[k] Et Dicta, Factaque ſingula, quaſi ordine conſequantur ſuo.

[l] Corollar. de *Solutione Nodi* in Fabulis.

[1] Pars. Ut eam ex Rerum Coagmentatione, deſumas; non (ut ineptè quidam) à *Machina.*

Idque

[m] Sive illa ſine Deo fingatur.

[n] Sive, cùm Dea Deuſve imponitur Machinæ.

[2] Pars: Machinam alicubi eſſe uſui: In iis ſcil. quæ cùm extra Drama evenerint, vel

[o] Enunciantur in ſcena; ut ante facta; vel

ut

ut nemo illa poſſet aſſequi; [p] aut poſteà Futura ſunt; ſi quæ Prædictione egeant, ac Nunciatione *divinâ*. Nam omnia Videre, *tàm Sequentia, quàm Antegreſſa, ex omnium conſenſu,* tribuimus Diis; *qui quæ libuerit, mortalibus patefaciunt*. 13. [q] In ipſis autem *Fabulæ* Rebus, nihil Abſque Ratione *, aut *ſupra fidem* ineſſe volumus. [r] Sin minùs, *eâ in parte ponatur, quæ* Extra Tragœdiam *eſt*; Velut, illud in Oedipode Sophoclis; *ubì fingitur Tyrannus, modum, quo periiſſet Laïus, neſciviſſe*. 14. [s] Quoniam autem Tragœdia, Meliorum Imitatio eſt: *(ut Comœdia, Sequiorum)* [t] Fictores imaginum Bonos imitari debemus; qui, cùm *ſingulis ſuam* propriamque dent formam, faciendo ſimiles; *quantum res patitur*, Pulchriores Fingunt: Ita et *Poëta*, dùm imitatur iracundos, Socordes, aliiſque id genus Moribus imbutos; *ſummum potiùs* Probitatis

[p] Ut Futura, præmonentur.

[q] Nuſquàm autem in iis, quæ intra Fabulam ſunt, et in ſcena dramaticè aguntur. Siquidem illîc nihil quicquam Abſoni ut repræſentes, liceat.

* *Cap.* 17.

[r] Aut ſiquid iſtiuſmodi maculæ neceſſarium ſit: (ut in Œdipode, Cædes Laii, &c.) idem, ut extra Actionem geſtum, narrari, non coràm agi oporteat.

[s] Præcept. pars prior: In Morib. delineandis: ut ſingula, quantum poteſt, perducantur *ad ſummam:* quò exemplar quoddam et quaſi Idea procedat Morum:

[t] Idque exemplo pictorum patet; apud Platon. in Sophiſta;

Exemplar

Exemplar faciet, quàm Aſperitatis Morum: velut, Achillem *non Iracundum &c. Sed Magnanimitatis Exemplar quoddam finxêre*, Agatho, et Homerus. 15. [t] Ergo hæc *ut in Rebus, ità in Moribus* obſervanda ſunt; et adhæc, *Doctrinæ* illæ, quæ Senſus attingunt *oculorum auriumque*; quos Poëtico *ſtudio* Comitari neceſſe eſt; *ut ne quid ſpectandum, audiendumve præbeatur, quod non reſponderit Sententiis*. Etenim ſecundùm ipſas, *niſi acritèr animadverſæ fuerint*, ſæpenumerò peccare ſolent, *exiſtimationiſque jacturam facere*. Dictum autem eſt ſatis de ipſis, in editis *earundem* libris.

[t] Pars poſterior: Quemadmodum in Fabulâ ità, et in Moribus, ut nequid Abſoni, oſcitanter inculces; quod ſpectantium repugnet oculis auribuſque.

CAP.

CAP. IX. CAP. XVI.

De Agnitionum Speciebus.

Agnitio, (quæ Perplexæ Fabulæ pars fuit ;) Generali ratione ſuperiùs definita eſt, cap. 5. Differentias ejus complures, quià nec brevitèr ibidem, nec alibì importune potuit interponere, (ne confuſiorem redderet Methodum ;) hic tandem ſeorsìm explicare maluit. Cùm igitur multum illæ honoris Poëmati adjungant ; præſertìm ea, quæ maximè ingenioſa Agnitio eſt, artiſque plena ; Idcircò, expoſitis Differentiis ſingulis, à par. 1[a] ; *Quæ omnium potiſſimæ ; Quæque huic ſuccedanea ſit ; habes à part.* 14 : *ut poſthabitis cæteris, cùm id facere poſſis, eam potiſſimum conſectêre, quam voles.*

PERSONA verò, *quæ diù fefellit*, Agnitio, quid ſit, dictum eſt prius. [a] Species autem Agnitionis, *hæ ſunt :* [1] Prima quidem, (quæ minimè artificioſa eſt ; et quâ plerique, præ *ſubtilioris viæ* penuria, utuntur) *eſt illa,*

[a] *Agnoſcendi* eum, quem diu neſcias, ſicut et cognoſcendi, viæ quatuor.

[1] *Simplex* (eorum ſcil. qui procudere meliora neſciunt) per *Viſibiles Notas :*

quæ per SIGNA fit: 2. [b] Quorum alia, ſunt Innata; veluti, Lancea, quam *Thebis*, Terrigenarum familia, *in cute* geſtat, *tanquàm Indicium Originis ſuæ:* Aut Stellulæ *à primo ortu impreſſæ*; quales in *Fabulâ* Thyeſte, *fingit* Carcinus: [c] Alia Adventitia, *atque aſſumpta:* et ex his, [2] quædam, In Corpore *ſita*; velutì cicatrices, *ex ictu:* [3] Quædam, Extra; *ut* torques *in collo:* Et, velut, *in Tragœdia* Tyrone, per Cunabulum, *in quo infans cubuit.* 3. [d] Licet autem, his *omnibus*, aliàs Meliùs uti, aliàs Deteriùs; veluti, Ulyſſes *ab apro in crure vulneratus*; per cicatricem, alitèr agnitus eſt ab *Euryclëa* Nutrice, *quæ Caſu eum reperit*; [e] alitèr à ſubulcis; *quibus credere nolentibus Ipſe Aperuit ſe.* 4. [f] Nam illæ quæ Fidei *adhibentur Faciendæ* causâ, Artificii Expertes ſunt nimis: *ut, quæ ab Ulyſſe, Subulcis*; et *cæteræ* id genus univerſæ. 5ª. [g] Quæ

[b] Quarum differentiæ 3:

[1] Aliæ nobiſcum Natæ, ſeu *Ingenitæ*.

[c] Aliæ, poſteà partæ: ex quibus, 2. Quædam, ſubindè *inhærent* corpori;

[3] Quædam, *extrinſecus* advenêre.

[d] Harum omnium uſus atque exercitatio, poëtis, 2ˣ: Poteſt enim fieri, ut, qui ignoratur, vel Fortuitò, præterque opinionem ipſius, agnoſcatur: ut Ulyſſes, ab Euryclëa; Odyſſ. 20.

[e] Vel conſultò, ſe palàm faciat: ut Ulyſſes, ſubulcis; Odyſſ. 8.

[f] Quarum poſterior, parùm artificioſa ratio:

[g] Prior illa, peringeniosê adhibita.

vero

vero ex Peripetia, *non meditatò adducuntur*, (ut quæ *ab Eurycläa* in Niptris) Meliores. 6. [z] Secundo loco ſunt *illæ*, quæ *ipſius* Poëtæ *ſtudio* FACTÆ. Ideoque non *penitus* artificii expertes: velut, Oreſtes, in Iphigenia, ſororem agnovit *ex Commento Poëtæ*, *et mox* agnitus *eſt* ab ipſa, *Deteriore viâ:* Hæc quidem, per Epiſtolam, *quam dederat illi portandam in Græciam:* 7. [i] Ille, per Signorum Concurſum, *Poëtæ arbitratu Fictum.* Itaquè *Oreſtes*, *ſorori ſuæ*, quæ Jubet Poëta, dicit; non *quæ Textus Rerum cogit*, *et* Fabula: 8. [k] Quamobrem, *nè valdè probetur hæc Ratio*, ab eo, (quod dixi *) Peccato non longè abeſt: *Ex iis* enim *quibus ſe indicavit Oreſtes*, quædam licebat ponere *ante oculos*, *ſororique memoriam refricare.* 9. [l] Et in Sophoclis Tereo; Radii Textorii Vox *in tela depicta*, *Philomelæ*

[z] Species; Poëtæ *Arbitratu Conſuta*; ex ſignis aliiſve rebus: quarum

[h] Exemplum 1^m. eſt ex Euripide; ubi Agnitio una, eſt Iphigeniæ apud Oreſtem: quæ, quià inſperatò fit, plena eſt artis:

[i] Altera, eſt hujus apud illam; poëtæ fabricata arbitrio, non inopinatò edita:

[k] Ideoquè hæc proximè abeſt à vitioſo agnoſcendi modo; par. 3.

* *Par.* 3.

[l] Secundum exemplum ex Sophoclis Tereo. Ubi Philomela, querelam ſuam acu depingens, (verſib. tamen à Poëta confictis,) Agnitionem facit.

elinguis calamitatem enarrat. 10. [3] Tertia *Agnitio eſt* quæ per MEMORIAM *fit*; cùm, *qui Agnoſci debet, rem aliquam nunc* Spectando, *aliud* quid *Prius* Senſerit, *i. e. in Memoriam revocet:* [m] ut, quæ in Cypriis, Tragœdia Dicæogenis: Dùm enim picturam videret, in fletum prorupit. 11. [n] Et quæ in Alcinoi Apologo *per Auditum fit:* cùm enim Citharœdus *Trojanum bellum caneret, Ulyſſes id* Audiens, *ſuarumque rerum* recordatus, Lacrymavit; undè Agnitus eſt *ab Alcinoo.* 12. [4] Quarta eſt, quæ ex SYLLOGISMO *exiſtit:* velut, [1] in *Choëphoris Æſchyli; Electra, cùm fratris Oreſtis cæſariem, ſui ſimilem inveniſſet, argumentata eſt;* "*Quòd ſui Similis quidam venit:* "*Atqui ſimilis nemo, quàm Oreſtes:* Ergo, *Iſte* "*venit.*" [2] Et illa Polyïdæ Sophiſtæ, de Iphigenia *Dianæ jam Sacerdote, cui frater, ex Syllogiſmo agnitus fuit:* Veriſimile namque *erat* Oreſtem, *cùm ad aram duceretur,* ratiocinatum eſſe: "*In illis terris, et ſororem immolatam*

[3] Species, uſu venit interventu *memoriæ:* Cùm quis exindè agnoſcitur, quòd præteritorum recordatione ploret, rideat, &c. interim ſcil. dùm rem præſentem aliquam

[m] Vel coràm cernat:

[n] Vel recitatam audiat: ut Ulyſſes Odyſſ. 8.

[4] Species, *Ratiocinationis* operâ nititur: quam dùm adducit quiſpiam, eâdem operâ Agnitionem ſui præbet. Ut,

[1] Oreſtes, ab Electra agnoſcitur ad Agamemnonis buſtum: Argumento ſcil. à ſimilitudine vultus:

"*fuiſſe,*

" *fuiſſe, et Ipſi quoque, ut immoletur, accidere.*" [3] Et in Tydeo Theodectis: *ubi pater quidam, hoc Syllogiſmo queſtus eſt:* " *Quòd, cùm veniſſet,* " *ut inventurus filium, ipſe periit.*" [4] Et quæ in Phinidibus *Æſchyli:* Cùm enim locum *illæ* vidiſſent, ratiocinando collegêre Fati Vim: " *Ibi ut morerentur, ſtatutum eſſe: quoniam ibi-* " *dem olim infantes fuiſſent expoſitæ.* 13. [o] Eſt etiam quædam Compoſita *Agnitio, quæ* una *fit* ex PARALOGISMO Theatri: Velut in Ulyſſe Falſo Nuncio; Hic enim " *Illum (ſi* " *verus ſit Ulyſſes) cogniturum eſſe* dixit, *Ulyſſis* " *arcum, quem nondùm viderat:*" Ille verò, quasì per arcum, *ſe* agniturus eſſet; hoc ipſo Paralogiſmum fecit. ¶ 14. [p] Omnium autem Præſtantiſſima Agnitio eſt, quæ *paulatim*

[2] Oreſtes ab Iphigenia: Is enim cùm aris Dianæ, cui illa miniſtrabat, admoveretur; exclamat: (" O fatum noſtræ ini-" quum familiæ: Soror mactata eſt, &c.") Argumentum, ex communibus ipſorum fortunis.

[3] Sic pater filium quæritans, cùm periclitaretur ipſe, inclamat. " Veni, ſalutem filio daturus, amiſi propriam. Argu-" mento, ab inſperato eventu."

[4] Et filiæ Phinei regis, (ejus qui oculis orbatus fuit &c.) argumentantur à loco.

[o] Huc refer Agnitionem, quæ Syllogiſmo Vero nititur, juxtáque Falſo. Ut, ſiquis quò Ulyſſem dignoſcat, ſyllogiſmum propoſuerit de illius Arcu: (Alter autem, ſe Ulyſſem eſſe, affirmet: quià *illius Arcum novit*:) Fallacia eſt, ex Omiſſione Modi, qui adjiciendus erat: [*Novit, etiamſi non videat.*]

[p] Collatio ſpecier. dict. Cæteris anteponimus eam, quæ ex Actione ducitur: modò illic unâ inſit Peripetia, &c. (Qualis fuit

ex Ipſis Rebus enaſcitur; cùm ex Veriſimilibus *ſeriatìm ductis, magna* fit *et illius, qui Agnoſcit, et eorum, qui Audiunt*, conſternatio: [q] *velut* in Sophoclis Oedipode Tyranno; [r] et *Euripidis* Iphigenia. Nam literas eam mittere voluiſſe Veriſimile fuit, *cùm occaſionem nacta eſſet: Hæc inquam, Omnium Optima.* 15. [k] Tales enim ſolæ, ſine Signis *à Poëta* Factis *procedunt*; et ſine Torquibus *in collo, reliquiſque Externis.* 16. [r] Secundæ ab his *cenſendæ*, quæ Syllogiſmo fiunt; *quæ tametſi Signis aliquatenùs utantur, ex Rerum tamen Serie, ultrà quàm Species Tertia, videntur accidere.*

fuit prior modus Speciei Secundæ, par. 6. Nec non ſpeciei primæ tractatio prior: par. 5.)

[q] Cur autem talis præferenda? Quià longiſſimè abeſt à peſſimis: i. e. Signis Excogitatis, par. 7ª. vel Ineptè Adhibitis, par. quarta.

[r] Speciei quartæ ſecundas damus: (Quià quodammodò ex Rerum Serie pendet:) tertias tertiæ. Deniquè infimum locum fictitiis illis ſpeciei ſecundæ, et futilibus primæ.

CAP.

CAP. X. CAP. XVII.

De Norma, ſeu Praxi Tragica.

Hujuſque Principia, ſeu Θεωρία *Tragica. Reſtat Exercitatio, quam Praxin dicimus: quâ Poëta in Cellula ſedens, priuſquam ſe in Theatrum det, ad Exarandum Opus accingat ſeſe. Præceptionum igitur, quarum ſe cancellis circumſcribere oportet, Duo ſpectamus Genera. Unum, de Fabula et Moribus: in quibus concinnandis, bina tempora, imprimis notanda; Primum, quo Poëta ad Fabulam Extruendam ſe parat. à part.* 1. *Secundum, In ipſa Extructione, atque Epiſodiorum Adjectione; à par.* 4. *Alterum Præceptionum genus, eſt de Tragœdia ipſa: Ubi primo, Præmiſſis ejus partibus, à part.* 10; *et Speciebus, à part.* 14; *Alia; De Speciebus præcepta dat, part.* 19; *Alia, ex Partibus ducit, à part.* 20. *Deindè, Locos quoſdam Tragœdiæ percurrit adnotatu dignos: unum, de Epiſodiis, à part.* 22; *Alterum, de Veriſimili in Tragœdiis, à part.* 24; *tertium, de Choro, à part.* 26.

OPORTET autem [a] Fabulas *tuas* Conſtituere, atque Elocutionis *ornatu* Al-

[a] *A principio* fabulam texenti verbiſque expolienti, Præcept. duo:

laborare,

laborare, [1] quàm maximè *ipſas* Ante Oculos Ponendo: Per hanc enim *Collocationem*, evidentiſſimè perſpiciens, tanquàm Rebus ipſis, dùm geruntur, interſis; invenies *planè* id, quod *ubiquè* Decet: minimequè te fallent Subcontraria. [b] Atque huic rei ſigno eſt, quod Carcino datur vitio *in Fabula*. Amphiaraus enim è templo, *ubi ſe occuluiſſet, ſecretò* exibat: * Quod *quidem*, cùm ſpectatorum nemo videret, *Extra Theatrum facilè* latere potuit: In Scena verò, *id faciens*, lapſus *atque explosus* eſt, quippè ægrè ferentibus id Spectatoribus. 2. [2] Quantum autem poteſt, etiam Figuris Actionis *apud teipſum* Allaborando *et agendo*, Fabulam Fingas; *ut in perſonas eas, quas imitaris converſus, tanquàm illi ipſi fias*. [c] Eorum enim qui pari naturâ *inge-*

[1] Ut Re tibi integrâ, Perſoniſque *ante oculos* ſubjectis, Spectator tibi ipſi interſis, vitiaque omnia detegas, quaſi judex acerrimus tui.

[b] Itaquè, (hoc operæ neglecto,) commentum Carcini, quamvis domi elegantèr contextum, in theatro jacuit, peſſimeque acceptum fuit.

* *Quod poetam Carcinum latuit, cum rem ſuis ipſe non ſubjiciebat oculis.*

[2] Præcept. Ne verbis tantùm, (dùm ſcribis,) ſed et *corporis Geſtu*, ſingulos Motus ipſe apud te excites et propè inuſtos habeas: adeoquè illuc te totum transferas, ut quaſi tui oblitus, vere te illum putes eſſe.

[c] Rat. quià id, quod Spectantem maximoperè moveat, perficiunt animi tui motus.

nioque

nioque præditi, ad perſuadendum accedunt; qui Perturbationibus Moti, perſuadendo plus valent *quàm qui Sedato Animo dicunt:* [d] Unde et fluctuare *res* facit, is qui *ipſe* fluctuat; [e] et ad iram concitat is, qui excandeſcit ipſe, veraciſſimâ viâ. 3. [f] Quamobrem Poëtica, ingenioſi * eſt *hominis*, vel *ſaltèm (ut Plato)* Furore Correpti. Ex his enim illi, *ut cera*, formas *ſcenicas* induere apti ſunt; hi verò, *ob Phantaſiæ vim, in aliena perſona*, extra ſeſe poſiti. ¶ 4. [g] Et [i] Argumenta, tùm quibus Anteà Factis utitur, tùm quæ Denuò Confingit ipſe, Exponere Universìm † oportet; [z] atque ità *mox* Epiſodia, *(quæ adventitia ſunt)* ſuis locis accommodare atque inſerere. 5. [h] Dico verò, Univerſale, *ab omni circumſtantia ſejunctum*, ità ſpectari: velut, in Iphige-

[d] Sive Res ipſas oratione imitêre:

[e] Sive Perſonarum Mores et Adfectus.

[f] Corollar. Poëticam arripiunt alii ex acumine; alii, furore divino: Quippè illos ingenii dexteritas, quidlibet imitari facit: hi, (non quià ſapientiâ ducti) ſuis exuti, in alienis ſenſibus vivunt.

* 3. *Rhet. cap.* 7. *pa.* 12.

[g] *Inter extruendam Fabulam*, atque Epiſodia; præcept. geminum: ut

[i] Univerſale Argumentum, ſummaque Fabulæ, quaſi primis lineamentis ducatur.

† *Cap.* 7. *cap.* 22.

[z] Mox egreſſionibus inſertis, extendatur Fabulæ Corpus.

[h] Prior pars, illuſtr. exemplo Iphigeniæ in Tauris. Cujus Summaria Conſtitutio, (omnibus locorum, perſonarum, adeo-

nia : " *Cùm ante aras conſtituta eſſet quædam*
" *virgo, ut immolaretur; clanculumque ex im-*
" *molantium conſpectu ſurrepta; ſubindè compor-*
" *tata in aliam Regionem, in qua lex erat, hoſ-*
" *pites Deæ immolare; ejus Sacri miniſterio*
" *præpoſita eſt. Procedente tempore contigit,*
" *ut Sacerdotis eò ſe conferret Frater.* [z] Quam
" ob cauſam? *Quia reſponſum dedit Deus, ut*
" *propter quandam certè illûc accederet. Ea*
" *verò,* Extra Univerſale *eſt.*" [k] At cur ita *inſupèr*; Id quidem *omninò eſt* Extra Fabulam.
" *Cùm verò veniſſet, et captivus factus eſſet;*
" *dùm jam immolandus duceretur,* [l] *eum Soror*
" *Agnovit:*" ſive eo modo, quo Euripides *agnoſcere fecit, (ex Literis Datis)* [m] *ſive eo, quo Polyïdes* *; dùm, *Frater,* ex veriſimili : inquit " *Non ſolùm, Sorori, ſed et ſibi, ut immo-*
" *letur, fatale eſſe:* [n] *ex quo utriquè affulſit*

que cauſarum, conſiliorum, cæteriſque circumſtantiis nudata,) perinde ſe hîc habet, ac apud Rhetoras ἕξις, i. e. Infinita Quæſtio.

[z] In hâc Generali εὐθεῖα : Cauſa veniendi (ut expiaret inſaniam,) poſteà videnda : quià peculiare Epiſodium eſt.

[k] Cauſa, cur inſanus? (ob cædem maternam :) nuſquam attingenda : ne Multiplex, pluriumque dierum fiat Actio.

[l] Agnitio, utroque modo confingi poteſt, vel ut Frater, Sororem agnoſcat :

[m] Vel ut illa, Fratrem.

* *Cap.* 9.

[n] Peripetia eſt, Utriuſque Salus.

" *ſalus*

"*ſalus ac felicitas.*" 6. [o] Poſt hanc autem *Generalem Expoſitionem*, cùm *Perſonarum* jam Nomina impoſueris *, Epiſodia *ſtatim* inſerere *oportet*. 7. [p] Atque hæc *imprimis*, Quo Pacto Propria † ſint, *Actionique Conjuncta*, conſiderandum eſt: [q] velut in Perſona Oreſtis *eſt*, [r] et Inſania, ob quam *à paſtoribus* captus, *et ad Thoantem regem, ut immolaretur, ductus* fuit; [s] et Salus *ei comparata*, per *ſimulachri* expiationem, *quam Iphigenia aſtutè commenta eſt:* 8. [r] Ac in Dramatibus quidem, Epiſodia Conciſa *breviaque ſunt:* 9. [s] Epopœïa *contrà*, horum *Longitudine* producitur ‡. [t] Odyſſeæ

[o] Poſterior præcepti pars: ut Nominibus Perſonarum impoſitis, ſubinde Epiſodia intexas.

* *Cap.* 4.

[p] Qualia (ut *univerſim* agam,) non captanda è longinquo, ſed è propriis rerum circumſtantiis ſigillatim ducenda: Ità ut proximè præcedant vel ſubſequantur ipſas.

† *Cap.* 4.

[q] Sic in exemplo: Epiſodia, duo ſunt, perſonæ Oreſtis conjuncta:

Primum. Secundum.

[r] *Speciatim*, In Poëmatis unius diei (Tragicis, Comicis, &c.) brevia illa eſſe par eſt:

[s] In Epicis (quæ in plures dies excurrunt) plura et prolixiora.

‡ *De Longitud. Epicæ, c.* 2. *& cap.* 15.

[t] Ex. gr. Odyſſeæ [u] Argumentum ſeu Fabula Nuda, elicitur ex Odyſſ. lib. primo, Secundo, Quarto, Sexto-decimo, Viceſimo tertio.

namque Argumentum, *ut ſuâ vi, ità* ampliùs etiam *Epiſodiorum operâ*, longum eſt. " *Cùm* " *quidam multos per annos peregrè profectus eſ-* " *ſet, à Neptuno, quasì inſidiante, obſervatus;* " *et Sociis vario exitio extinctis, ſolus ſuperſtes;* " [2] Adhæc, *Cùm ſic ſe haberent res domi,* [4] *ut* " *opes omnes abſumerentur à Procis, et Filius* " *inſidiis peteretur;* [15] *in hoc ſtatu ſuarum re-* " *rum, ipſe tempeſtatibus actus domum venit;* " [23] *Cùmque aliquos è ſuis Agnoviſſet, Procos vi* " *adortus, ipſe evaſit ſoſpes, inimicos exitio per-* " *didit.*" Atque hoc quidem *Argumentum, Fabulæ ejus* peculiare eſt; *quod paucis hiſce abſolvitur;* [2] Reliqua verò, *ſunt* Epiſodia; *ut in tanto Poëmate, Multa illa quidem et Prolixa.*

CAP. XVIII.

¶ 10. [u] Omnis autem Tragœdiæ, *(Complicatæ an Simplicis?)* una quidem Pars eſt Nexus; *(quæ Connexio, Confuſioque rerum dicitur)* Altera, *Nodi illius paulatìm facta* SOLUTIO. Ac ea quidem, quæ ut Extra *Actionem Facta, ſupponuntur,* et pars etiam eo-

[2] Epiſodia verò, illa ſunt, quæ per totam Odyſſ. ſparſim diſſeminata.

[u] *In Tragœdia totâ,* (ne, Quid Agendum, neſcias) præli-banda duo.

[x] *Partes* ejus *Integrantes* eſſe duas: Quarum una, Connexio rerum, (quæ et πλοκή, Plicatio;) Altera, difficultatum Solutio-

rum,

rum, quæ Intra *eandem continentur*, plerumquè *ſunt* Nexus; Reliquum verò *omne, (ſive Factum ſeu Faciendum) eſt* Solutio. 11. [x] Dico autem Nexum eſſe eum, qui à Principio, ad hanc uſquè *deducitur* Partem, *quæ Poſtrema eſt*; ex qua Mutatio Fortunæ, fit in Proſperam, *vel Adverſam; cùm priùs contrà res eſſet:* 12. [y] Solutionem verò, quæ à Principio *illius* Mutationis, *ſeu Tranſitûs, pertingit* uſque ad Finem Fabulæ: 13. [z] Ut in Lynceo * Theodectis; Nexus ſunt, ea quæ *Extra Scenam* priùs geſta ſunt; et pueri *Ityös* Acceptio, *ſeu deprehenſio, à Philomela et Progne.* [a] Solutio verò, *incipit* à Crimine Cædis, *(quod Dryanti Tereï fratri objectum fuit) et protrahitur* uſquè ad *Fabulæ* Finem: ¶ 14. [z] Tragœdiæ verò Species †, ſunt quatuor: (Tot enim etiam Partes, ſeu *res Præcipuæ, in Tragœdia ſuperiùs* dictæ ſunt) 15. [i] Una quidem IMPLEXA,

[x] Nexus, quid: [y] Solutio, quid:

[z] Exemplo (quià Lynceus periit) ſit Œdipus tyrannus: Cui Nexus procedit uſque ad Jocaſtæ narrationem de cæde Laii: "Οἷον μ' ἀκέουσ' ἀρπως." * *Cap.* 5.

[z] Solutio exinde orditur, mutatâ jam fortunâ Œdip. Tandemque eſt Exodus: Ubi ſe excæcat Œdipus, Jocaſta ſuſpendit, &c.

[a] *Species Tragœdiæ*, (ratione Fabulæ et Morum) quatuor ſunt: Ad quarum aliquam, dùm ſcribis, te referas neceſſe eſt. † *Cap.* 15. ‡ *Cap.* 5. & *cap.* 8.

[i] Præſtantiſſima quidem, *Implexa:* Cui Peripetia atque Agnitio ineſt; De quib. cap. 5.

cujus

cujus Totum *Summaque vis* eſt Peripetia, et Agnitio: 16. [2] Altera verò, PATHETICA, *cujus Summa vis et elegantia, eſt in Perpeſſionibus acerbis:* velut Ajaces, et Ixiones, *Sophoclis, Euripidis, et aliorum.* 17. [3] Tertia, MORALIS, *quæ magna ex parte* Mores Bonos *egregiè exprimit:* velut *Fabula* Phthiotides; *quæ mulieres fuêre caſtæ*; et Peleus, *qui vir ſanctus, et diis charus.* 18. [4] Quarta *ſpecies,* [SIMPLEX] *Et eodem tenore, ab initio ad exitum perducta:* velut *Æſchyli* Phorcides, *i. e. tres Gorgones ſorores*; et Prometheus: *in quibus Dii colloquentes inducuntur.* Et quæcunque *ſunt de Perſonis, et Rebus* apud inferos. ¶ 19. [b] Ac Omnia quidem *hæc* maximoperè enitendum, ut habeas *in promptu, paritérque excellas in Singulis:* Sin minùs, *ſaltèm* Maxima et Plurima, *ſi quâ poſſis:* [c] *idque* cùm in aliis, tùm *præſertìm,* quòd ætate hâc *maledicâ* arri-

[2] *Pathetica:* cui πάθη, i. e. Calamitates atroces: De quib. cap. 5.

[3] *Moralis:* quæ tota eſt in Moribus bonis. De quib. c. 8.

[4] *Simplex,* eaque deterrima: quippè cujus Fabula nuda eſt, abſque Agnitione et Peripetiâ: De quâ, cap. 5.

[b] Ex *Specieb.* Tragœdiæ præcept. Poëtæ id operæ navandum; Ne unicâ Tragœdiæ Specie: ſed (quod ſummi ingenii eſt,) in ſingulis, aut quàm plurimis ſuperior ſit.

[c] Neque enim id hodiè tàm palmâ dignum; quàm his moribus neceſſarium. Quem enim unquam alliciet is, qui uno tantùm glorietur genere? Niſi triumphet adæquè in ſingulis, ecquis putet eſſe tantilli?

piant

piant *homines, quæ poſſunt,* ad criminandos Poëtas. Cùm enim ſecundùm quamque Speciem probati *jam* exiſtant Poëtæ; quo *ſinguli* excellunt bono, eo niſi ſingulos ſuperet unuſquiſque, haud *ſatis* dignum putant. ¶ 20. [d] Tragœdiam verò etiam Diverſam Eandemvè appellare par eſt, nihil ſortaſsè ob Fabulam: *(quippè quæ, Eadem poteſt eſſe, Tragœdiis interìm Diverſis.)* Verùm hoc, *(ut Eadem ſit) contingit in iis,* quarum eadem Plicatio * ac Solutio; *contraquè Diverſa in iis, quarum Nexus, Solutioque Diverſa.* 21. [z] Multi autem, cùm *Fabulam* Benè Plicârint, *poſteà remiſſis ingenii viribus,* Solvunt Malè. Verùm Ambas *adæquè (Solutionem ac Nexum) ſummâ perpoliri diligentiâ,* ſemperque cum plauſu oportet excipi. ¶ 22. [e] Opus autem eſt recordari, quod ſæpè monui; nec *committere* ut

[d] Ex *partib.* Tragœdiæ præcept.

[1] Cum alii Poëtæ, conſimilem antehâc tractârint fabulam; (Ajacem, Ixionem, &c.) Potes tu exindè, vel eandem Tragœdiam recudere vel diverſam. Eandem ſi eodem nexu ac ſolutione retentis; Diverſam, ſi demutatis.

* *De qua ſupr.*

[2] Præcept. Induſtrii poëtæ eſt, non modò ut Nexu Faciendo, ſed et Nodo Expediendo, excellat; Qui verò, laboris fugâ, in extremâ parte, i. e. Solutione defecerit; Inertiſnè id veriùs ſit, an Inſipidi atque Inepti?

[e] De *locis quibuſd.* Tragœdiæ, Præcept. Tria: primum, de Fabula. Ne Tragœdiæ tuæ *Conſtitutio,* ſit Prolixa et multiplex, i. e. ex pluribus inſertis Fabulis conflata.

Tragœdia,

Tragœdia, Conſtitutio fiat Epica *: Epicam dico eam, quæ ex Multis Fabulis conſtat; veluti, ſi quis ex tota Iliadis Fabula, *(cui Tragicæ Actiones inſunt multæ)* *Tragœdiam* concinnârit *Unam*. Illîc enim, ob Longitudinem *Operis*, congruentem *quoquè* magnitudinem *ſibi* Singulæ aſſumunt Partes, *quo et inter ſeſe, et cum toto mirificè quadrent*. In Dramatibus, longè præter exiſtimationem accidet; *Siquis tàm Anguſtis Terminis, tàm grandes putet partes coërceri*. 23. [f] *Cui rei* ſignum *eſt, quòd* quicunque Totum Ilii Exidium †, (non ſingulas partes) in Unâ fecêre *Tragœdia (ſingulis, quæ illîc accidêre enumeratis)* Sicut Euripides, qui Nioben *Integram Fecit*; non ut Æſchylus, *qui Sejunxit*; vel *medio in opere* exploduntur *è Scenâ*; vel, *ſi in contentionem res venerit*, infelicitèr, *et ſine laude* certant. [g] Siquidem etiam Agatho, *qui reliquis abſtinere vitiis potuit*, ob hoc ſolùm *aliquando* exploſus eſt. ¶ 24. [z] In Peripetiis

* *Cap.* 2. *& cap.* 4. *& infra.*

[f] Rat. dict. à Poëtarum fortunâ in Contentionibus Theatricis: Quibus Tragœdiæ prolixitas, fabularumque varietas; quotiès uſuvenerit, totiès ipſi ſpectantium omnium judicio improbati, cecidêre.

† *Cap.* 5. *& cap.* 18.

[g] Quorum, ut culpam, ità et aleam ſubiit, etiam acutiſſimus Agatho: Cui eo nomine, non "*recto ſteterit Fabula talo.*"

[z] Præcept. *de Admirabili:* In Peripetiis, caſibuſque acerbis, Conſternatio ſpectatorum, per Veriſimile ſemper fit: (cap. 5.)

Interdum

autem, *(quibus Ingentes Mutationes inſunt)* atque in Actionibus Simplicibus, affectant *Poëtæ*, quæ volunt, per Admirabile: *Siquidèm* et *hæc ratio*, Tragicum ſapit; et Senſum Tangit Humanitatis communis. [h] Eſt autem hoc (quod *Admirabile dico*) *ut*, quandò *quis Aſtutè* Sapiens, ſed vitio *affinis*, *ab Inſcito* deceptus *fuerit*; ut Siſyphus *Æſchyli:* [i] et Fortis quidem, ſed *idem* injuſtus, *ab homine ignavo* ſuperatus ſit; *ut Oenomaus*. 25. [k] Atque *Admirabile* hoc, *tametſi Veriſimili pugnare credas*, *eſt tamen* etiam Veriſimile: *non aliàs*, *quàm* ut Agatho dicit:

"*Veriſimile enim eſt*, *multa fieri*, *etiam Præ-*
"*ter Veriſimile.*"

¶ 26. [3] Quin et [1] Chorus, *quantumvis populum repræſentet*, de Hiſtrionibus cenſetur Unus; [2] nec *adventitium quid eſſe*, *ſed ut* Pars

Interdum (quod eodem redit) per Miraculoſum et Admirabile.

[h] Velut: ſi fraudetur Callidus:

[i] Fortis ſuperetur.

[k] Quanquam enim τὸ θαυμαστὸν, adverſari videatur τῷ εἰκότι: Id tamen ſecùs fit: cùm et id (quod Admirabile) veriſimile dicamus. Non Simpliciter quidem, (quale plerumque ſolet fieri) ſed veriſimile quoddam, ſeu ſecundùm quid.

[3] Præcept. *de Choro*, trimembri.

[1] Ut, quamvis Grex quidam numeroſus ſit, pro hiſtrione tamen habeatur uno:

[2] Nihilque fabuletur, quod à Fabula disjunctum ſit:

totius *Fabulæ*; [3] atque Actione, *(quò Fabula ad Finem veniat)* Unà Contendere: non, ut apud Euripidem, *qui interdùm ea dicit, quæ alius quivis poſſet*; ſed ut apud Sophoclem, *ubì ſemper ea, quæ ipſum decent.*

27. [l] Reliquis autem *Tragicis, (quorum alia ratio)* Partes *Chori*, quæ *à Magiſtratu* datæ, nihilo magis ſunt Fabulæ *illius*, quàm alterius *cujuſvis* Tragœdiæ. [m] Quamobrem ætate noſtrâ, Embolima, *i. e. Inſerta quædam*, canunt: quorum quidem primus inventor fuit Agatho. Quanquam, Quid intereſt, ſiquis Embolima cantet, an ex uno *Poëmate* in aliud *Diſceptationem aliquam* tranſmoveat, aut *etiam* Epiſodium Integrum? *Quæ quàm abſurda ſint, nemo ignorat.*

[3] Ut reliquis actoribus operam det, lugendo, favendo, conſilium dando, &c. quò Fabula perducatur ad exitum ſuum.

[l] Explodenda ergo veterum ratio; quorum Choris is ſermo aliquandò datus, qui à re propoſita alienus, idemque communis.

[m] Nec abſimili exemplo lapſi ſunt hodierni poëtæ: Qui Sermonis illius loco, inducunt cantilenæ Choricæ genus (quod Intercalare appellant) de extrinſecis rebus, atque ab Actione ſejunctis.

CAP.

CAP. XIX.

Tractatus de Sententia *et* Elocutione.

CAP. XI.

De Sententia.

Sententia, (quæ Græcè, διάνοια, non γνώμη,) Quid ſit, par. 2ª: *et Quæ ejus Munera, ac Partes, à par.* 2ª. *Theorema, de Rebus, quæ in Scenam veniunt; et de Sententiis, par.* 3ª.

AC de aliis quidem *(Fabulâ ſcil. Moribuſque)* Jam dictum eſt. Supereſt porrò de Elocutione, *animique* Sententia dicere. ¶ 2. [a] Ac quæ Sententiam attingunt, Rhetoricis libris *comprehenſa*, *nunc* Poſita Sunto: Hæc enim *diſceptare*, illius proprium eſt potiùs, *quàm hujus* Methodi. [b] Sententiæ autem adjudicantur * ea, quæ per Orationem *Poëtæ confici, ac* comparari opus eſt. 3. [z] Eorum verò Partes ſunt, tùm *Obſcura* Demon-

[a] Sententia, ſeu Ratiocinatio Enthymematica, Rhetor. lib. 1. & 2. copiosè tractata eſt:

[b] Nunc, paucis attingenda: viz. 1. Sententia, quid.

* *Cap.* 3. [z] Officia et partes ejus, quæ.

ſtrare, et *Adverſantia* Diſſolvere; tùm Affectus *Movere*; ut Miſericordiam, metum, iram, et id genus alia; tùm porrò Amplificare *exilia*, *magna* Diminuere. ¶ 4. [c] Perſpicuum autem eſt, etiam in Rebus *ſeu Fabulâ*, *non minùs*, *quàm in Sententiis*, ab iiſdem Formis *Lociſque*, id quod uſui ſit, ſumendum eſſe; quandò ea, *quæ propoſueris*, Miſerabilia, Gravia, Magna, aut Veriſimilia efficere, opus fuerit: [d] Id ſolùm Diſcriminis ineſt, quòd *Res* quidem ipſas, *Formarum vi*, (ſine Docentis opera) Tales Apparere oportet; [e] Quæ verò in Oratione *poſita ſunt*, à Dicente Tales Comparari, et per Orationem fieri: Quod enim Dicenti foret munus, ſi *ſolo Formarum uſu* Apparerent illi jucunda, nec per Orationem *(i. e. Inventionem) efficerentur talia?*

[c] Theorem. de Sententiarum Formis, ſeu Communibus Locis. Eoſdem ſcil. tam Rebus ipſis, quàm Sententiis Poëticis inſervire:

[d] Differre, penes earum Inventionem et Uſum, Res ex ſolo Formarum Uſu, Magna illicò apparet, Miſeranda, Veriſimilis, ut Inventione nil egeat.

[e] Sermo poëtarum contrà. Non ſimplici formarum Uſu, ſed et Inventione nititur: Cujus vi, quicquid ad Fidem uſui ſit è propriis eruatur Locis.

De

De Elocutione Tabula.

Elocutionis Poëticæ θεωρία, 2[x]:

- *Una, Figuris ejus: Indicandi, Imperandi, Optandi, &c. Quæ petendæ sunt ex Histrionica, vel Pronunciandi Arte.* — Op.
- *Altera, de Natura ipsius* 2[ci]. *scil. et*
  - *Materia, quæ Grammaticorum præceptis innotescit: ubi*
    - 1° *Quæ sint Elocutionis Partes: Elementum, Syll. &c.* — c. 12.
    - 2° *Quot partium (scil. Nominum) Differentiæ:* — c. 13.
    - 3° *Ex Quib. Nominum Differentiis constet Elocutionis Poëtæ Virt.* — c. 14.
  - *Formis seu Ideis: De quibus dictum fuit Rhet. lib.* 3°.

CAP. XII.

De Partibus Elocutionis, Literis, Syllabis, Conjunctione, Articulo, &c.

Elocutionis Figuræ, ex Arte Pronunciandi cenſentur; à par. prima; Natura verò, ex Grammaticorum inſtitutis. Ex iis enim definiuntur ipſius tùm Elementa Simpliciſſima; Literæ et Syllabæ; à par. tertia; Tùm Partes exindè Compoſitæ; Conjunctio, Articulus, Nomen, et Verbum; à par. 9; *Tùm Perfectiſſima pars, Oratio; à part.* 16.

CONtemplationis eorum, quæ Locutionem ſpectant, unum genus, eſt de Pronunciandi Figuris: Quas quidem *minutè* ſcire, eſt Artis Hiſtrionicæ, aut ejus qui in hoc genere Architectonicam habet: veluti, Quid *ſit* Mandatio; Quid Precatio, Narratio, Comminatio, Interrogatio, Reſponſio; et ſiquid aliud id genus. 2. [z] Ex harum enim Cognitione,

Pronunciandi Figuræ, (Indicandi, precandi, imperandi, &c.) Dicentis Vocem Vultumque immutant. Itaquè ab Hiſtrionicâ tractandæ potiùs, (quâ, variè pronuncianti variè fingitur corpus) à poëtarum ſtudio haud poſtulandæ.

[z] Illarum enim ſiquam neſcias, ſiquâ offendas: ne id quidem, quæſtiunculæ in te eſſe debet, nedùm crimini.

vel

vel Ignorantiâ, in *artem* Poëticam Reprehenſio expetit nulla; quæ etiam ſeriò curanda ſit. [b] Quid enim eſt; cur *in iis* erratum eſſe quis putet, quæ Protagoras *Sophiſta, in Homero* vellicat? quòd *v. g.* cùm Precari ſe ille putet, Præcipiat *potiùs*; ubì dixit:

" *Iram Diva cane.*"——

Nam Jubere, inquit, ut faciat quid, aut ne faciat, Præceptio eſt: et Perſonæ Jubentis præſtantiam notat. Quamobrem omittatur *hoc*, ut *Artis ejus, quæ vocem Format*, non Poëticæ Theorema.

CAP. XX.

¶ 3. [c] Locutionis autem omnis, [1] hæ ſunt Partes, Elementum, Syllaba, Conjunctio, Nomen, Verbum, Articulus, Caſus, Oratio. 4. [d] Ac Elementum quidem, Vox Individua eſt: 5. Non omnis *illa* quidem, ſed ex qua *commodè* conflari queat Vox; quæ, *niſi quid obſtiterit, ab aliquo* intelligi poteſt: Etenim bel-

[b] Itaquè Perridicula certè illa, nec Reſponſione digna, Protagoræ vox: " Dormitaſſe Homerum ſcil. Iliad. primo. Quaſi " geſtu figuràque inſcitâ, non precetur Divam, ut par erat, " ſed eidem ſuperbè imperet:

" Μῆνιν ἄειδε, θεά."——

[c] Elocutionis naturam quò ſapias;

[1] *Partes* ejus *Simplices*, ſunt elementa et Syllabæ.

[d] *Elementum*, ſeu *Litera*, quid.

luarum,

luarum, Individuæ ſunt voces; quarum *tamen* nullam Elementum voco; *quòd neque ſignificent quidquam, neque certâ ratione intelligantur.* 6. [e] Hujus verò *Elementi* Species, ſunt Vocale, Semivocale, et Mutum. [f] Vocale, eſt quod ſine alliſu *ad partes oris*, vocem habet *per ſe* exauditu facilem: velut, α et ω. [g] Semivocale, quod cum ictu *et incurſu ad partes oris*, vocem habet, quæ *etiam* exaudiri poteſt: velut, σ et ρ. [h] Mutum, quod, cum percuſſione *alliſuque illo*, Per Se quidem, *(etiam Mutæ adjuncta)* vocem nullam habet, ſed Cum Vocalibus, *(quæ vocem edunt)* hujuſmodi fit, ut exaudiri poſſit; velut γ et δ. 7. [i] Atque hæc, *inter ſe* differunt, cùm [1] Figuris oris, *hoc vel illo ſcil. modo formati*; et locis, *(labiis, dentibus, faucibus, &c.)* tùm [2] Denſitate *Aſpirationis*, et Tenuitate; tùm [3] Longitudine *Temporis*, et Brevitate: prætereà verò, [4] *Accentus* etiam Acumine, et Gravitate; et *eo, quod ſupradictis differentiis* medium *eſt*; *Circumflexo ſcil.* De quibus ſingulis, in Arte

[e] Literarum differentiæ, tres.
[f] Vocales:
[g] Semivocales:
[h] Mutæ, ſeu Quietæ:
[i] Harum trium diſtinctiones, variæ.
[1] Quoad Oris pronunciantis formam, et locos.
[2] Quoad Spiritum.
[3] Quoad Dimenſionem; quam Scanſionem vocant.
[4] Quoad Accentum.

Condendorum

Condendorum Carminum contemplari decet. 8. [k] Syllaba verò, vox eſt ſignificationis expers, compoſita ex Muta, et Vocem habente, *i. e. Vocali*, Etenim γρ ſine α, Syllaba non eſt, ſed cum α: velut, γρα. [l] Cæterùm et horum intueri differentias, *quoad formam oris, quoad Spiritum, &c.* Metricæ artis eſt. ¶ 9. [m] Conjunctio autem, et Vox ſignificationis expers, quæ neque *abſentiâ ſui* impedit, nec *præſentiâ* facit Vocem Unam ſignificativam; talem ſcil. quæ ex pluribus *Nominibus* componi apta eſt: et [n] *vel* in Finibus *Periodorum*, [o] vel in Medio (niſi *potiùs* [p] in Principio poni conveniat,) *collocatur*: velut, μὲν, ἤτοι, δή: vel, [q] Eſt vox ſignificationis expers, quæ ex Vocibus quidem Pluribus, quàm Una, verùm Significativis *illis*, idonea eſt, quæ *nectendo* faciat Vocem Unam. 10. [r] Articulus, eſt vox ſignificationis expers, quæ Orationis [s] Initium, aut

[k] Syllabæ, quæ.

[l] Earum (ut et literarum,) Differentiæ, variæ.

[m] *Partes ex Literis Syllabiſque compoſitæ*, quatuor. Quarum duæ, orationem vinciunt, Conjunctio et Articulus, *Conjunctionis* definitio una à proprietate: [Quòd neque ſignificationem det ſententiæ, nec demat:] Itâ, ex modernorum opinione, 3[x] eſt:

[n] Subſequens. [o] Media. [p] Principalis.

[q] Altera; ex eo; [quòd ex pluribus vocibus unam faciat,]

[r] *Articuli* paritèr, Definitio, Una eſt, [quòd juſto ordine diſponat ſententias.] Undè, Articuli (apud Grammat.) indicant,

[s] Vel Initium: προπακτικοί, Præpoſitivi.

[2] Finem, aut [3] Diſtinctionem *à cæteris* indicat; velut, τὸ, *cum dico* τὸ φημὶ, τὸ περὶ, *&c. Significat, has voces ab aliis diſtinctas eſſe*; vel [s] Eſt vox ſignificationis expers, quæ neque *Diſceſſu ſuo* impedit, nec *Adventu* facit Vocem Unam Significativam, (talem ſcil. quæ ex pluribus Nominibus Componi idonea ſit:) [t] Et, *vel* in Finibus *Periodorum ponitur*, vel in Medio. 11. [u] Nomen, eſt [1] vox *ex Syllabis, Literiſvè* Compoſita, Significandi vim habens, ſine Tempore; cujus pars nulla, eſt Per Se Significativa. 12. Nam in Duplicibus, *ſeu Compoſitis Nominibus*, nullâ Parte eo utimur pacto, quo etiam ipſa Per Se *Separataque* ſignificat: veluti, in *Nomine*; "Theo-"doro, *pars* Doron nihil ſignificat: *tametſi* "*in ſententiis ſignificet, cùm Separata ſit.*" 13. [2] Verbum, eſt vox Compoſita, Significativa cum Tempore, cujus *vocis* pars nulla Per Se *poſita*, ſignificat: quemadmodum etiam in

[2] Vel Finem: ὑποτακτικὸι, Subjunctivi.

[3] Vel Rei Diſtinctionem.

[s] Altera; [quòd nec addat ſignificatum orationi, nec detrahat:

[t] Et rem ipſam (quam refert) vel ſubſequatur; ut Subjunctivi: vel antecedat; ut Præpoſitivi.]

[u] Reliquæ duæ partes, ſignificativæ ſunt:

[1] *Nomen*; quod rem aliquam in Categoria contentam, ſimplicitèr notat.

[2] *Verbum*, quod Actionem ſignificat rei, unâ cum tempore, quo illa fit.

Nominibus.

Nominibus. 14. Nam *v. g. Nomen* " Homo, vel " Album, non adſignificat Quando, *ſeu Actionem in Tempore*; At *verbum* " Ambulat, vel " ambulavit, adſignificat; alterum quidem, Præſens Tempus, *quandò res eſt:* alterum verò Præteritum, *quando fuit.* 15. [x] Caſus autem eſt Nominis aut Verbi; [1] Unus quidem, qui *in Nominibus*, ſignificat *aliquid* de hoc *(i. e. Genitivo, apud Græcos, Caſu)* dici; vel huic, *i. e. Dativo tribui:* et quæcunque talia; [y] *In verbis autem, is qui ſignificat Perſonas*; velut, " Amo, " Amas: [2] Alter verò, qui ſignificat hoc *Nomen*, Uni, *(in Numero Singulari)* vel multis, *(in Plurali)* ineſſe, &c. veluti, " Homines, aut " Homo: [3] *Similiterquè in verbis.* Alius autem Caſus, Verborum *proprius*; qui *ſignificat* ea, quæ ad *Geſtum* Actionemque pertinent: velut, *quæ ad* Interrogationem, vel Præceptionem: Nam *Indicativum*, " Ambulavitne? et *Imperativum*, " Ambula, ſunt Caſus Verbi, ſecundùm has *Actio-*

[x] Nomini aut verbo, accidit Caſus, iſque (apud Grammat.) 3[x].

[1] Inflexio ſeu levis immutatio: In Nominibus, Declinatio datur.

[y] In Verbis, Perſonæ variatio.

[2] *Numerus*, i. e. variatio quoad ipſarum rerum Numerum, quæ nomine aut verbo illa ſignificantur.

[3] *Conjugatio* Verbi per Modos: quæ vultum, parteſque corporis, alitèr aliterquè pronunciando conformat.

num Species *ac Modos.* ¶ 16. [z] Oratio, eſt Vox *ex Nominibus aliiſve partibus* Compoſita, Significativa, cujus nonnullæ partes ſignificant aliquid Per Se. 17. [a] Nec enim omnis Oratio, ex Verbis et Nominibus conſtat, (veluti Hominis Definitio; " *Animal Rationale* " *Mortale; eſt Oratio quædam, quæ ex verbo* " *non conſtat)* Sed contingit, ſine Verbis eſſe " Orationem *aliquam*;" [b] verumtamen *Oratio,* partem ſemper quampiam ſignificantem habebit; velut in illo, " Ambulat Cleo: *vox* Cleo, " ſignificans eſt." 18. [c] Una autem eſt [*], Oratio duobus modis: Aut enim, quæ Unum Significat; [d] aut quæ ex pluribus *partibus* per Conjunctionem *Copulantem, Una fit:* veluti, *Poëma* " Ilias, eſt Conjunctione *ſeu aggrega-* " *tione* Una." Hominis verò *definitio, una eſt,* eo quòd Unum Significet.

[z] *Perfectiſſima Elocutionis pars, Oratio:* quam ſic definit.

[a] Ut prior definitionis pars non ſufficiat:

[b] Niſi adjiciatur etiam poſterior.

[c] Oratio Una d'. vel Abſolutè et propriè.

[*] *Lib.* περὶ ἑρμ. *cap.* 5. *Poſt Analyt. cap.* 10.

[d] Vel Secundùm quid: cùm per ſe multiplex ſit, ſed conjunctionis beneficio evadit una.

CAP.

CAP. XIII. CAP. XXI.

De Generibus Nominum variis.

Nominum Verborumque (quatenùs Poëticæ facultati conducunt) Diviſiones tres: una, in Simplicia et Compoſita, à par. 1ª. *Altera, eſt Subdiſtinctio in Propria, Linguas, Tranſlata, &c. à par.* 4ª. *Tertia eſt Nominum tantùm, in Maſculina, Fœminina, et Neutra, à par.* 21.

NOMINIS autem *laté accepti* [1] Species, *(quæ in Uſu frequentiori) duæ ſunt:* [a] Unum quidem, Simplex *eſt*; quod *(ut definiam)* conſtat ex Partibus Non Significantibus; *ſcil. Literis, vel Syllabis; ut* "*flos, terra:*" 2. [b] Alterum verò, Duplex *è Duobus Compoſitum*; atque hoc vel *ex partibus diſſimilibus*, ex ſignificante *ſcil.* et non ſignificante; *ut* "*de-*" "*miror;*" vel ex *utriſque* ſignificantibus conſtat; ut "*Altitonans.*" 3. [c] Poteſt verò etiam

Nominis, (ut ſub eo continetur et verbum,) diſtinctiones, tres. 1ª, quoad partes eas, ex quibus conſtat:

[a] Alia, *Simplicia* ſunt:

[b] Alia, *Duplicia*, i. e. Compoſita, ſeu Juncta:

[c] Alia, *Triplicia*, &c. quæ Grammaticis inferioris ætatis, Decompoſita.

eſſe,

eſſe, et Triplex, et Quadruplex Nomen *et Multiplex*; velut, multa *ſunt* Megaliotarum *vocabula: v. g.* " Hermo Caïco Xanthus, *è tribus Fluviorum Aſiæ Nominibus junctus:* ¶ 4. [2] Omne autem Nomen, *(Simplex, ſeu Compoſitum)* eſt aut proprium; aut Lingua, *ſeu Peregrinum*, aut Tranſlatio, aut Ornatus, aut Factum, aut Protractum, vel Subtractum, vel Immutatum. 5. [1] Voco Proprium, quo *populi hujus gentis* utuntur ſinguli: 6. [2] Linguam autem, *id* quo *homines, genteſque* diverſæ. 7. Ex quo manifeſtum eſt, fieri poſſe, ut idem ſit, et Lingua et Proprium; non autem *Nationibus* iiſdem: Nam " Σίγυνον, *i. e. lanceola,*" Cypriorum ſermone eſt proprium; nobis, *(Athenienſibus)* Lingua, *ſeu Peregrinum.* 8. [3] Tranſlatio, eſt Nominis Alieni, *ex ſua in hanc ſedem* Illatio; *eaque* aut à Genere ad *indicandum* Speciem, aut *contrà*, à Specie ad Genus; aut à Specie ad Speciem; aut ſecundùm id quod ex Proportione eſt. 9. [1] Dico

[2] Eſt, ſubdiſtinctio prioris. Vocabulorum enim tàm Simplicium, quàm Compoſitorum, genera 8.

[1] *Proprium* et ſuum: κύριον. Cui reliqua omnia opponuntur, ut peregrina.

[2] *Lingua* alterius gentis: Cui opponitur proprium Nativum i. e. cum re ipsâ natum.

[3] *Tranſlatio*, μεταφορά: qua unum nomen transfertur in locum alterius: idque modis quatuor.

[1] Vel cùm nomen *generis* tranſit in locum ſpeciei. (Ut Odyſſ.

comportari Nomen à Genere ad Speciem: velut,

" *Tunc navis ſtetit iſta mihi*"———Nam " In Portu Eſſe," " Stare quoddam eſt," ſeu " in ſtatione eſſe." 10. [2] A Specie ad Genus; velut:

" —*Jam mille decem bona fecit Ulyſſes.*"

Nam " Decem Millia, Multum quiddam " ſunt; eoque *nomine* nunc uſus eſt *Homerus* " pro Multis." 11. [3] A Specie *ad Speciem*; velut:

" —*Ære animam poſtquàm hauſerat:* et mox;
" —*Immiti inciderat ære,*"

Hic enim " Haurire," *pro* " Incidere;" et " Incidere, *pro* " Haurire dixit:" Ambo enim, " Auferre quiddam ſunt." 12. [4] Ex Proportione *eſſe* dico, [1] quando *(quatuor Nominibus ſumptis)* ſimilitèr ſe habuerit Secundum ad Primum, ac Quartum ad Tertium.

Odyſſ. ultima, Ulyſſes ad patrem pro " ὥρμησε, In portu fuit " navis, generali voce dixit: ἔστησε, ſtetit.")


[2] Vel *Speciei* in locum generis. (Ut Iliad. 2. Græci Ulyſſem prædicant, decem millia rectè geſſiſſe, i. e. multa.)

[3] Vel *Speciei unius*, in locum alterius. (Ut " Haurire ani- " mam, pro Incidere, et vice versâ: Hæc enim ambo conti- " nentur ſub eodem genere, ſcil. Auferre.")

[4] Vel cùm *Analoga* Nomina, (quæ ex Proportione ſe habent) mutuò inter ſeſe commutant locum. Cujus Metaphoræ ut ſis ſciens:

[1] Præmittit, Analoga, quæ.

Bacchus



[2] *Per Metaphoram* enim [1] *ſimpliciter* dicet *quis*, pro Secundo Quartum, aut pro Quarto Secundum. 13. [2] Et interdùm, *ei nomini*, quod *ſimplicitèr*, PRO HOC IPSO pronunciat, adponit *quoque* illud, AD QUOD, Hoc ipſum ſe habet; [d] Dico autem ex. gr. Simi-

[2] Exinde docet: In iſtis, Metaphoram proferri 2bus modis:

[1] Cùm unum nomen vice unius ponitur; ut pro ſecundo quartum; vel contrà.

[2] Compoſitè: cùm quarto nomini jungatur primum; vel cùm ſecundo tertium; ità ut utrinque procedat Tranſlatio.

[d] Exempl. primum.

litèr

litèr ſe habet " *Poculum* ad *Bacchum*, et *Cly-* " *peus* ad *Martem:*" * Dicet igitur, et " *Cly-* " *peum, Poculum Martis*;" et " *Poculum Cly-* " *peum Bacchi.*" [e] Prætereà, ſimilitèr ſe habet " *Veſper* ad *Diem*," et " *Senectus* ad *Vi-* " *tam.*" Dicet igitur, " *veſperum, i. e. poſ-* " *tremum diei tempus, ſenectutem diei*," et " *Se-* " *nectutem, veſperum vitæ:*" vel quemadmodum Empedocles *dixit*, " *occaſum vitæ.*" 14. [f] Nonnullis verò eorum, quæ ex Proportione *ſe habent*, non eſt Poſitum, *Vulgatumque* Nomen, ſed nihilominùs, ſimilitèr Compoſitè dicetur. [g] Velut illud, " *Semen in agrum ja-* " *cere, dicitur Serere*; at *Flammam à Sole*, " :::: ::::: ::: *eſt* ſine nomine:" Verùm ſimilitèr ſe habet hoc, *quod Sine Nomine eſt*, ad " *Solis flammam*, " et *Serere* ad " *Agricolæ ſe-* " *men.*" Quamobrem *à Poëtâ* dictum eſt,


" Sol *ſerens flammam à Deo conditam.*

* 3. *Rhet. cap.* 4. *p.* 5.

[e] Secundum, Metaphoræ ab Inanimatis, ut Animatis.

[f] In quatuor Analogorum συζυγίαις, quas depinxi, deeſt aliquando, Proprium aliquod nomen. Cujus Defectu, Compoſita illa Tranſlatio, ex uno latere claudicet neceſſe eſt; ex altero, quaſi quatuor cruribus inniſa, procedat:

[g] Exempl. Metaph. ab inanimat.




15. [h] Licet autem, et alitèr uti hoc Tranſlationis modo; ut, cùm *pro Nomine Proprio* appellaverit id, quod Alienum eſt; neget aliquid eorum quæ Propria ſunt: * veluti, ſi "*Clypeum* dicat "*Poculum*, non "*Martis* ſed "*Sine Vino*."

[h] Aliquando etiam, mutato aliquo nomine, ſubſtituitur negatio Proprii, pro Metaphorico poſitivo.

* 3. *Rhet. cap.* 6. *pa.* 9. & 10.

Vinoſum



4. *Ornatus, eſt præcipuè nomen Tranſlatum vel Epitheton; quod vel à meliori ducitur eorum, quæ ſub eodem genere continentur: ut, Si quis, Mendicantem, Precantem vocet; vel à rebus pulchris et honeſtis; Sive illæ in pronunciando grandes; ut ἀρχαῖοι, pro παλαιοί: Sive in ſignificandi facultate modeſtæ; ut dare operam liberis: Sive oculis auribuſve jucundæ: ut,* Ῥοδόχροος, Καλλίστρατος. 16. [5] Factum eſt quod, cùm à nemine omnino impoſitum ſit, ipſe *tunc primùm* ponit Poëta. Videntur enim talia eſſe nonnulla; [1] velut, *cùm Poëta,* "Κέρατα, *i. e.* "*Cornua, novâ voce appellet* Ερνύπας;" [2] et Ἱερέα, *(quo Græci* "*Sacerdotem intelligunt,")* vocet

[4] *Ornatus*, quid et Quotuplex.

[5] *Factum* Nomen; quod à Poëta ipſo novatum: cùm anteà nuſquam gentium in uſu eſſet.

[1] Exempl. primum ex Anonym. [2] Ex Iliad. primo. Ἀρητῆρα.

Ἀρῆρα. 17. [6] Protractum et Subtractum: Illud quidem, *eſt*, ſi Vocalem *jam* Longiorem habeat, quàm, quæ ſui erat *propria*; vel, *ſi* Syllabam *in* ſui *medium* inculcatam; 18. Hoc verò, ſi Abſciſſum quicquam, ab ipſo ſit, vel ab eo, quod inculcatum fuit: 19. [k] Protractum quidem; velut illud; πόλεος, πολῆος; et illud, "Πηλεΐδᾳ, Πηληϊάδεω." [l] Subtractum vero; veluti illud; "Κρῖ *pro* Κρίθη *hordeum*;" et illud, "δῶ, *pro* δῶμα, *domus*.". [m] Et "—*Amᾱ*-"*barum ſit eadem* ὄψ: *pro* ὄψις, *i. e. facies*." 20. [8] Immutatum, eſt quod Vocabuli Recepti unam partem, *ut antè intactam* reliquerit; alterum *de novo* fecerit: [n] velut illud; "Δεξι-"τερὸν κατὰ μαζὸν, pro δεξιόν." ¶ 21. [3] Præterea, ex Nominibus *utique ipſis, quæ Verba non ſunt*, alia, virilia ſunt; alia Muliebria; alia

[6] *Protractum*, ſeu licentiosè Productum: cui opponitur [7] *Subtractum*, ſeu Imminutum.

[k] Protrahitur quidem vel ex productione vocalis.

Vel, injectâ ſyllaba. [l] Subtrahitur autem, per ἀπηγπλῶ extremæ ſyllabæ; ut Iliad. 5°. et Odyſſ. 8.

[m] Et apud Empedocl.

[8] *Immutatum* à ſuâ ſpecie; nec omni ſui parte, pro conſuetudine, prolatam.

[n] Ut Iliad. 5.

[3] Diſtinctio eſt, à Sexuum differentiis: ut enim ex rebus alias animantes videas, ut mares, fœminas: alias medio modo ſe habentes. Ità et nomina quoque, *Maſculina* ſunt, *Fœminina*, vel *Neutra*.

Interjecta.

Interjecta. 22. [o] Virilia quidem, quæcunque *ferè* desinunt in *Liquidas*, ν et ρ; et *in eas*, quæcunque ex σ, et Mutâ constant: Atque eæ sunt duæ, ψ (*ex* π, β, φ, *et* σ:) *et* ξ, *ex* κ, γ, χ, *et* σ *confecta*. 23. [q] Muliebria verò, quæcunque et in Vocales eas *desinunt*, quæ semper Longæ sunt; velut in η, et ω; [p] Et in eas *Ancipites*, quæ producuntur in α. 24. Ex quibus evenit, ut Pares Numero sint *Literæ illæ*, in quascunque desinunt, Virilia, et Muliebria; *nempe tres numero:* Nam ψ et ξ, *quoad Terminationem* eadem sunt; *quùm utræque desinant in* σ. 25. [3] In Mutam autem nullum Nomen desinit, neque in Vocalem *naturâ* brevem, *scil.* ε et ο. 26. [4] At in ι, tria sola; μέλι, κόμμι, πέπερι: Et in υ, quinque; πῶυ, νᾶπυ, γόνυ, δόρυ, ἄστυ. Interjecta autem *seu Neutra*, in has *Vocales desinunt*, et *in Consonantes* ν et σ.

[o] Quorum quidem singulis terminationes extant suæ: primo enim Masculina complura, exeunt in Liquidas ρ et ν; et in Duplices ψ et ξ.

[q] Fœminina pleraquè in vocales eas scil. quæ naturâ Longæ: η et ω.

[p] Vel quæ sæpè Longæ.

[3] In Consonantes Mutas, nullum terminatur nomen, neque in Vocales breves.

[4] In Vocal. ι et υ, ex Nominibus Neutris, quinque desinunt: Cætera Neutra, exeunt in ν et σ.

CAP.

CAP. XIV. CAP. XXII.

De Elocutionis Virtute (i. e. Perſpicuitate et Splendore:) ex Quibus Nominibus conſtet.

Elocutionis virtus, Quæ: par. 1ª. *Et ex Quibus Vocabulis: Perſpicua quidem fit ex Propriis, à part.* 2ª. *Magnifica autem, ex Peregrinis, ſcil. Tranſlatis, Linguis et Ornatu; à part.* 3. *Verùm, et Perſpicua ſimùl, et Magnifica, ex Factis, Protractis, &c. à part.* 8ª. *Collatio dictorum Nominum, quoad Dignitatem, part.* 17. *et Diſtinctio, quoad Uſum, à part.* 18.

ELOCUTIONIS [a] autem *Poëticæ* Virtus *eſt*, ut ſit Perſpicua; nec Humilis *tamen*. ¶ 2. [1] Ac quæ ex Propriis *rerum, de Quibus ſermo eſt*, Nominibus *conſtat, abſque floribus ullis*, Perſpicua maximè eſt; [b] verum Humilis, *et dignitatis expers*. Exemplo eſt Cleophontis Poëſis, et Stheneli, *ex hoc Verborum genere confecta*. ¶ 3. [2] Quæ autem iis,

[a] Elocutionis Perfectæ dos gemina: ut ſit *Aperta*: ne *Humi* repat,

[1] *Aperta*, Unde? Niſi ex vulgaribus, et Propriis? ut ſi ſcapham, ſcapham voces.

[b] Sed hoc pedeſtre, et abjectum nimis.

[2] Ne *Humilis* ſit, *Magnificam*, elatamque reddunt ea, quæ peregrinitatem olent, atque inſurgunt altiùs.

quorum

quorum Species Peregrina eſt, utitur, Grandis eſt, atque immutans Vulgare loquendi genus: Peregrinam Speciem Habentia, voco Linguam *Externam*, et Tranſlationem, et Protractionem *Vocum*, et quicquid *demùm* præter Proprium *rei Nomen* eſt, *demendo illi ſcil. aut quâvis ratione mutando*. 4. [c] Verùm ſi quis *in Oratione*, omnia hæc unà attulerit, *abſque adhibito modo*; aut Ænigma *inde* erit, aut Barbariſmus: Ac ſiquidem ex Tranſlationibus *ſolis*, Ænigma; ſi ex Linguis, etiam *(quòd maximè fugiendum)* Barbariſmus. 5. [d] Ænigmatis enim forma, hæc eſt; cùm quis ea dicens, quæ *rei verè* inſunt, conjungat *admiſceatque* illa, quæ *ſpecie tenus* fieri nequeant. [e] Atque hoc, per Compoſitionem quidem *(i. e. Duplicia Nomina)* præſtari non poteſt; *(ut quod Impoſſibile videtur ſcil. Veritati conſentiat:)* [f] Verùm per Tranſlationem, aliquando contingit: velut,

" *Ecce, viro (vidi ipſe) vir æs agglutinat igne:*

[c] In quibus, ſiquis modum neſciat, neque orationi uſquam infercerit propria: vel Ænigmaticè obſcurus fiet, vel Barbaricè blæſus.

[d] *Ænigma:* Sermonis ſpecies, quæ tradere quidem videtur, quod abſurdum autumes, nec tradit tamen:

[e] Ex quo genere elocutio illa eſt, non quæ ex nominibus Junctis conſit,

[f] Sed quæ tota ex Metaphoris,

et

et ſimilia. 6. [g] Ex Linguis verò *paſsìm juxtaquè collocatis*, fit Barbariſmus. 7. Quamobrem *Oratio*, *Tranſlatis*, *Externiſque* his, aliquo modo, *i. e. modicè prudenterquè* temperari ſolet. [h] Illud igitur *in Dictione*, quod nec Vulgare, nec Humile eſt, efficiet, et Lingua et Tranſlatio, et Ornatus, reliquæque Formæ, quas dixi. * Perſpicuitatem verò, *Vocabulum* Proprium. ¶ 8. [i] Ut autem Locutio, Perſpicua ſit, nec Vulgaris, haud minimam partem conferunt Protractiones *Nominum*, Subtractiones, atque Immutationes *à conſuetudine ſua*. [k] Nam quia, quod Præter Conſuetum fit, alio modo ſe habet, ac Proprium : idcirco id *genus* effecerit, quod *in Oratione*, haud Vulgare eſt. [l] Sed quià, *non Totum novum eſt (ut in Linguis) verùm* cum eo, quod Conſuetum eſt, commune aliquid habet; naſcetur *inde* Perſpicuitas. 9. [m] Quare non rectè vitu-

[g] *Barbariſmus*, nil aliud, quàm externarum gentium Dialectus.

[h] Epilog. Ex propriis, Aperta fit; ex Linguis, Magnifica oratio.

* *Par.* 3.

[i] *Aperta* verò, ſimulque *Magnifica*, ex Protractis, Subtractis et immutatis, &c.

[k] Nam et Amplitudini inſerviunt; quia præter morem Mutata.

[l] Et Claritudini: quià Mutata levitèr, nec inuſitato Tropo.

[m] Itaque Euclidi, venia minimè danda, qui Licentiam hanc nominum tàm improbè exprobravit Poëtis, etiam Homero ipſi.

perant,

perant, qui talem insimulant loquendi modum; Poëtamque *(ut istius licentiæ plenum)* probris vellicant; velut Euclides ille antiquus: "[n] Facile cuique fore, *vel tenui ingenio*, Poëma condere; si quis *Vocabula*, quantum libeat, protrahere, *vel immutare* concedat:" Qui etiam in ipsa Oratione soluta; *i. e. in Dialogis suis*, Iambica confecit, *irridendæ hujus licentiæ causâ:* velut,

"*Annon Charen vidi, ad urbem Marathonem ambulantem? Et,*
"*Cùm nondum natus esset, illius exhelleborissum.*"

10. [o] At cùm *Affectatò* appareat *quis*, hoc genere Usus esse; Ridiculum *id quidem nimis:* [q] Mediocritas verò, omnium *dicendi* est partium communis. 11. Nam Translationibus, et Linguis, cæterisque Formis qui Indecorè Utitur, perindè fecerit, ac qui deditâ operâ, *(ut Euclides ille) ad risum captandum* Abutatur. 12. [r] Id autem, quod *in horum Nomi-*

[n] Quàm nullo (inquit) negotio condatur versus, ficui permissum, pro arbitratu ut extendat, decurtet, immutet voces?

[o] Sed monendus Euclides: si vitium in istis maneat, id hominum esse, qui importunè utuntur: Nominum ipsorum non esse.

[q] In quibus, ut in omni orationis lumine, Modus Congruitasque plurimum valet.

[r] Atque hoc, quò facilius scias: fac periculum (si placet)

num uſu congruit, Quantum in carminibus Excellat; conſideretur, eiſdem Nominibus metro, *ſi placet*, inſertis. 13. [3] Et *certè* ſi in Linguas, Tranſlationes, cæteraſque Formas tranſpoſueris *Nomina* Propria; *ita ut iſtorum, illa occupent locum*; manifeſtò perſpicies nos vera dicere: [4] veluti, [1] cùm eundem Iambum faceret Euripides, quem *anteà* feciſſet Æſchylus: et unum ſolùm nomen tranſponeret; *ut* pro Uſitato et Proprio *ſubſtituatur* Lingua, Alterius *(i. e. Euripidis)* Carmen, apparet Eximium; Alterius, *Vulgare ac* Humile. Nam, de Philoctete, cecinit.

" *Phagedæna (i. e. cancroſum ulcus) quæ*
" *mei carnes comedit pedis.*"

Alter verò, pro *Recepto Medicorum Vocabulo* " *Comedit*;" poſuit τὸ " *Epulatur.*" 14. [2] Et, *pro illo,*

" *Nunc autem me, qui eſt et Paucus, et homo*
" *Nihili, et Sine Graſſante Robore*;"

in aliquo verſu. Ità ut (menſurâ pedum manente) vel Mutata illa, propriorum vice colloces.

[3] Vel contrà ejectis illis, ſubſtituas Pervulgata et Propria.

[4] Exemplo, [1] Sit *Iambus* Æſchyli: quem poſteà ut caſtigaret Euripides, unicâ mutatâ voce, clarum lumen adjunxit Carmini.

[2] In *Heroicis* quoque par ratio; eademque, ex Immutatione verborum, concinnitas. Ut, Odyſſ. 9. verſus eſt Cyclopis de Ulyſſe; poſtquam ei oculum effodiſſet.

Si

Si quis Propria *et Vernacula* dicat, tranſpoſitis *Peregrinis ſic:*

" *Nunc autem me, qui eſt et Parvus, et De-*
" *formis, et Imbellicus.*" [u] *Et pro illo,*
" *Sedile Inhoneſtum cum poſuiſſet, Paucam-*
" *que menſam.*——*reponat,*
" *Sedile Abjectum cum poſuiſſet, et Exilem*
" *menſam.* Et *pro illo,*
" *Littora Vociferantur*——*reponat,*
" *Littora Clangunt, ſeu Reſonant.*"——

15. [y] Prætereà verò Ariphrades, Tragœdos maledictis inceſſit: Quæ enim in Sermone Communi proferret nemo, iiſdem eos *perineptè* uſos eſſe. Quale illud, " *Domibus ab*;" non, " *A Domibus.*" Et " *Suimet*;" Et " *Ego* " *autem ipſummet.*" Et " *Achille de*, non " *De* " *Achille:*" et quæcunque id genus alia. 16. [z] Hæc enim omnia, cùm minimè numerentur inter Propria, faciunt id, quod in Elocutione neutiquam Vulgare eſt: Quod quidem

[u] Et Odyſſ. 21. de Telemacho, qui Ulyſſi ſedile apponit quod fortunæ ipſius par erat, Puſillamque Menſam.

[x] Et Iliad. 17. de Trojanorum pugnâ, quæ aſſimilatur fluctibus marinis.

[y] Euclideæ ſimillima fuit, Calumnia Ariphradis. " Tragi-
" corum monſtroſas Syntaxes, ità à conſuetudine diſcedere, ut
" ferri nullo modo poſſent."

[z] Sed refutatur facilè: quoniam hæc omnia, (quotidiana ſint licèt) granditati rerum poëticarum undiquè reſpondent.

ille *turpitèr* neſciebat. ¶ 17. [a] Jam Magnum quidem, *atque arduum eſt*, unoquoque eorum, quæ dixi [b], Congruenter Uti; et Duplicibus Nominibus et Linguis: * Maximum verò *illud* ad Tranſlationes cudendas, *naturâ* eſſe, *ſtudioque* Promptum †: Solùm enim hoc, neque ab Alio *authore* licet aſſumere; et [c] boni *acriſque* Ingenii Signum eſt: Scitè enim *Verba* Transferre, *atque è ſuâ ſede in alienam comportare*, eſt Simile *in rebus* Intueri: *Quod ſine præſtanti naturâ atque eruditione obtineri non poteſt.* ¶ 18. [d] Ex Nominibus autem ‡, Duplicia *(quia ſonitum adfectant,)* potiſſimùm conveniunt Dithyrambis; Linguæ, *(quiâ minimè vulgares)* Heroicis; At Tranſlationes, Iambicis. 19. [e] Et in Heroïcis quidem, Omnia quæ dicta ſunt, Uſui eſſe, *conſtat.* 20. Iambicis § autem, (quæ vulgarem imitantur

[a] *Collatio* poëticorum nominum: Juncta enim et Linguæ, non infimo cenſentur loco:

[b] Tranſlatis autem excellere ſumma laus quia Tranſlatio ſcil. naturâ et Marte noſtro acquiritur, non arte alienâ.

* *Par.* 3. † 3. *Rhet. cap.* 2. *p.* 12.

[c] Et quid ingenioſi eſt, ſimile in rebus diſcrepantibus contueri: undè Tranſlatio.

[d] *Diſtinctio* eorundem Nominum. Nam et alia, quadrant Poëmatis aliis:

‡ 3. *Rhet. cap.* 3. *pa.* 9.

[e] Et alia Poëmata, aliis Nominib. gaudent.

§ 3. *Rhet. cap.* 3. *pa.* 9. *&c.* 1. *p.* 7.

ſermonem)

ſermonem) expetunt Nomina illa, quorumcunque, etiam in *Familiari* Colloquio * uſus extiterit. Talia autem ſunt et Proprium, et Tranſlatio, et Ornatus. 21. Ac de Tragœdia quidem, dèque ea, quæ in Agendo ſita eſt, Imitatione, ſuffecerint illa nobis, quæ expoſita ſunt.

* 3. *Rhet. cap.* 2. *p.* 7. & 9.

Tabula

Tabula Sequentium.

Epopœïam vocat Noſter, Poëſim διηγηματικήν, *Narrativam; quoniam hæc, non Renovando imitatur, eaſdemque Res iterùm Gerendo, (quod facit Tragœdia) ſed Narrando et Commemorando. Rationem ejus (quæ plurimum dignitatis habet) ne neſcias;*

Expoſuit tibi ſigillatim,
1° *Quæ, Qualiſque ſit Epica; per Collationem cum Tragœdia.* Cap. XV.
2° *Quomodò rectè ornatèque Extrui poſſit ac debeat; per Documenta varia.* Cap. XVI.

CAP. XV. CAP. XXIII.

De Epopœïâ.

Epopœïæ Convenit cum Tragœdia, tùm Quoad Modum imitandi, et Conſtitutionem Fabulæ, à part. 1ª. *Tùm penes Species quatuor, à part.* 10: *Differunt autem, et Longitudine Conſtitutionis, à part.* 13; *et Genere Verſus, à part.* 17.

DE *Poëſi* autem eâ, quæ Narrando munus ſuum obit, et *Solo* imitatur Metro, perſpicuum eſt, [1] *Primò Poëtam,* Fabulas Con-

Epicæ cum Tragœdia *convenit.*

[1] *Generatim*; Tùm quoad *Modum imitandi:* qui (dùm poëta recitat) *Narrativus* eſt; dùm perſonæ interloquuntur, Dramaticus;

ſtituere

ſtituere oportere, eodem, quo in Tragœdiis, Modo; ut ſint Dramaticæ *ſcil. i. e. quæ in Scenam deducantur, aptæ, Interloquentibus mutuò Perſonis:* 2. [b] Et ut circa Unam *ſint* Actionem, Totam *illam*, et Perfectam, quæ Principium habeat, Medium, et Finem; * quò *ipſa*, (ut Spectanti Animal Unum et Totum;) propriam *Audienti ſuamque* excitet Voluptatem. 3. [c] Neque *verò* ullatenùs ut ſint, *tanquam* Hiſtoriæ uſitatæ; quibus Expoſitionem fieri neceſſe eſt, non Actionis Unius, ſed *Factorum* Unius Temporis: *eorum ſcil.* quæcunque Eodem *Tempore*, circa Unum, Pluresve, *ſive homines, ſeu populos*, evenere; ita ut ſingula, non alitèr, quàm Sors tulit, ad invicem ſe habeant. 4. [d] Quemadmodùm enim per Eadem Tempora *(Olympiade 75.)* Et in Salamine, commiſſa fuit *Athenienſium* navalis pugna *contra Xerxem*; [e] et in Sicilia, Cartha-

[b] Tùm in *Conſtitutione* Rerum: quæ circa unam Actionem eſſe debet Perfectam et Cohærentem: * *Cap.* 4.

[c] Non (quo more hiſtoriæ ſcribi ſolent,) circa Actiones Plures, quæ uno tempore, unius pluriumve operâ geſtæ ſunt: ità ut nec ſeriatìm Copulari queant, nec ad eundem referri Finem.

[d] Tempore, inquam, geſtæ ſunt, vel Uno ſimplicitèr; ut, ſi à pluribus agantur, diverſis in locis: velut (Herod. lib. 7.) Navalis pugna prope Salamina: undè fortunæ Athenienſium auctæ:

([e] Et Pedeſtris pugna Carthaginenſium; unde gloria Siculis parta.)

ginenſium

ginenſium prælium: Quæ *tamen bella*, nequaquam ad eundem tendebant Finem: 5. [f] Sic et in Temporibus, quæ Deinceps *ſe* excipiunt, alteri aliquando ſuccedit alterum; ex quibus *tamen naturâ disjunctis*, unus nullus efficitur Finis. 6. [g] Hoc autem ferè facit Poëtarum vulgus, *ut ab Hiſtoricis ſcribendi exemplum petant*. [h] Quamobrem, utì pridèm dixi *, etiam hâc parte, præ cæteris, Divinus apparere Homerus debet; vel quià neque Bellum *Trojanum*, quamvis principium haberet ac finem, aggreſſus eſt verſibus Totum canere; (Nimiò enim Magnum, nec ſimùl *omni ex parte* Conſpectu Facile † evaſurum fuit;) [i] vel quià, tametſi magnitudine ſe modicè haberet, *immodicâ ſaltèm* perplexum foret varietate: [k] Nunc autem, *quò hæc vitaret incommoda*, Unam *belli* partem ‡ quùm *è reliquis ad*

[f] Vel Uno ex Conſequenti: ut, ſi ab iiſdem gerantur eadem, altero alterum ſubſequente.

[g] Hoc vitio laborabant Veteres: quos, num poëtæ ſint, neſcias, an Hiſtorici:

[h] Unum excipimus Homerum: qui cœlitus hanc hauſit ambroſiam: ſiquidem totum Ilii bellum hiſtoricè complecti noluit, (quià nimiò immenſum:)

* *Cap.* 4. † *Cap.* 4.

[i] Nec (quanquam modicum fuiſſet) niſi Epiſodiis Formiſque Dramaticis adornare maluit.

[k] Sed in eo bello, unicam ſuſcepit Iram Achillis; ejuſque partis brevitatem, mirâ Epiſodiorum ſuavitate locupletavit;

‡ *Cap.* 4.

ſcribendum

ſcribendum auferret, Epiſodiis ipſarum *partium* uſus eſt multis; velut Navium Catalogo, et aliis *nonnullis*; quibus diſtinguit Pöëſin. 7. [l] Alii verò *Poëtæ*, circa Unum *Virum* * verſantur, et circa Unum Tempus, et Actionem Unam ex multis partibus, *quaſi Fabellis, conflatam:* velut, qui Cyprica confecit, et Iliadem Parvam. 8. [m] Idcirco ex *utroque opere*, Iliade et Odyſſea, vel Una Tragœdia componi poteſt, *vel* ad ſummum, Duæ; *ſcil. Excidium Ilii, et Reditus Ulyſſis.* 9. [n] Ex Cypricis autem, *eliciuntur* Multæ; et ex Parva Iliade plures quàm octo; velut, Armorum Judicium *Æſchyli*; Philoctetes *Sophoclis*; Neoptolemus *Theophyli*; Eurypylus; Mendicatio; Lacænæ *Sophoclis*; Ilii Direptio *Achatis Argivi*; Reditus Claſſis: Sinon *Sophoclis*; et *Euripidis* Troades.

[l] Cæteri contrà, (hiſtorico more) Unius Perſonæ Actionem narrant Multimembrem; cujus quælibet pars, alterius fiat corpus fabulæ.

* *Cap.* 4.

[m] Itaquè (ni utroſque conferre pigeat,) In hujus Poëmatis, ecce Actiones Simplices:

[n] Illorum, non niſi Multiformes, atque in Fabula ſua, (ut illi autumabant) una, plurimas latentes.

CAP. XXIV.

¶ 10. [o] Prætereà, *Fabularum* Species *, Epopœïæ eaſdem eſſe oportet, quæ Tragœdiæ: Aut enim Simplicem, aut Implexam, aut Moratam, aut Patheticam oportet eſſe: 11. [p] Et Partes *ſeu Formas*, exceptis Melopœïa et Apparatu, eaſdem, Etenim Peripetiis, *i. e. Mutationibus ſubitis*, *perindè* ei opus eſt, *ac Tragœdiæ*; nec non Agnitionibus, *quæ Poëma Implexum reddant*; et Paſſionibus, *i. e. Caſibus acerbis*; [q] Prætereà, Sententia, et Elocutio, ut rectè ſe *illi* habeant, æquum eſt; *quò Poëmatis Granditati reſpondeant*. 12. [r] Quibus omnibus Homerus uſus eſt, et *omnium* primus, et *accuratè* ſatis. [s] Utrumque enim ejus Poëma, *ſic* conſtitutum eſt; Ilias quidem, *ut* Simplex, et Patheticum; Odyſſea verò, *ut* Implexum *quid* (Agnitio enim, per totum, ei *crebrò ſparſimquè ineſt*:) et *ut præclarè* Moratum. [t] Adhæc, Elocutionis et Sen-

[o] Convenit etiam Epicæ cum Tragœdia: Tùm penes *Fabularum Species* quatuor de quib. cap. 10.

* *Cap.* 10.

[p] Tùm penes *partes Formales*; Fabulam ſcil. ac Mores.

[q] Et Sententiam, atque Elocutionem.

[r] In quibus mira Homeri laus, ut vetuſtate, ità et artificio cæteris antecelluit omnibus.

[s] Sive ſpecies illas Fabularum (quas perpolivit) cogites.

[t] Sive elegantiam verborum, Sententiarum granditatem.

tentiæ

tentiæ *Bonitate*, ſuperavit omnes. ¶ 13. [u] Differt autem Epopœïa, et Conſtitutionis Longitudine, et Metro *. 14. [1] Ac Longitudinis quidem Terminus ſufficiens is eſt, quem anteà dixi: *Ejuſmodi*, enim *eſſe* oportet, ut *unico intuitu*, et Principium conſpici poſſit, et Finis †. [x] Atque hoc quidem fiet, ſi Conſtitutiones *Noſtræ*, *quàm* Veterum ‡, minores evadant, [y] eoquè pervenerint incrementi, quantum eſt Tragœdiarum *omnium*, quæ Unius *Diei* Auditione concludi ſolent. 15. [z] Habet autem Amplum quiddam, quo magnitudinem extendat Epopœïa, et quidem de proprio *ac ſuo*. [a] Nam in Tragœdia, haud Multas, quæ ſimùl gerantur, imitari contingit Partes, ſed eam duntaxat, quæ *verſatur*

[u] Epica autem à Tragœdia duobus *diſſentit*.

* *Cap.* 2.

[1] *Longitudine Fabulæ:* Cujus Terminus quidem ſeu Finitio, ea eſſe debet, ut uno quaſi adſpectu, et Initium aſſequare, et extremum.

† *Cap.* 4.

[x] Id quod facilè fiet, ſi et veterum Fabularum Immenſitas, contrahatur breviori Poëſi:

‡ *Cap.* 4.

[y] Nec Fabulæ tuæ Moles ulterius creſcat, quàm τριλογίας vel τετραλογίας illæ (i. e. tres quatuorve tragœdiæ) quæ unis Deorum ludis agebantur in ſcena.

[z] Extenſio autem Epicæ, cur multò productior ſit, quàm Tragœdiæ, cauſa in promptu eſt:

[a] Illîc enim Partes Actionis, (quià hiſtrionis poſcunt operam) non niſi paucæ ſimul aguntur, pauciſque in locis:

in Scena, *ſtudioque* Hiſtrionum *nititur:* [c] At in Epopœïa, quià Narratio *illa* eſt, Permultas Partes effingere, ſimùlque ad finem perducere licet: ex quibus (cùm *Rei qua de agitur*, Propriæ ſint,) *magnoperè* augetur Poëmatis Moles. 16. [c] Quare hoc Bonum ſortitur *Epica*, *primò* ad Magnificentiam, *quâ triumphat:* [d] Deindè, ut et is, qui Audit, *variè* mutetur, et *ejus qui Dicit*, oratio, Epiſodiis dilatetur *inter ſe* Diſſimilibus: Cùm enim ſtatim id ſatiet, quod Simile eſt *: facit, ut Tragœdiæ, *præ faſtidio*, exibilentur è Scena. ¶ 17. [c] Metrum autem Heroïcum, [1] experientiâ *Indice*, *periculoque hujus rei facto*, *Granditati* quadravit *Epicæ*. [2] Nam ſi quis Imitationem *ejus* (quæ Narratione conſtat) alio Metro Uno [1] faceret, Pluribuſve inter ſe mixtis;

[b] Epica (quià Narrando fit) plures, pluribuſque locis geſtas res diſtinctè percurrit; facilè ſe modò ad hanc, modò ad illam transferens.

[c] Ex quâ Narrandi Varietate, duo redundant Commoda: unum, ut Grandius inſurgat Poëma:

[d] Alterum, ut Epiſodiorum diſparitate, et recreetur audienti animus, et dicenti ornetur Oratio.

* 1. *Rhet. cap.* 11. *p.* 30.

[e] Differt etiam Epica *in Metro:* Hexametrum illi imprimis congruere.

[1] Docuit conſenſus veterum; quibus hoc unum arriſit, poſthabitis cæteris:

[2] Confirmat etiam Diſtinctio: Qua,

[1] Nullum aliud Simplex competit genus.

Quàm

Quàm indecorum appareret? 18. [f] Quippe Heroïcum, et Stabiliſſimum inter metra, et Elatum eſt maximè. Quamobrem et Linguas, et Tranſlationes, *præ aliis Poëmatibus*, maximè admittit: Nam et Imitatio Narrativa, eximia *præſtanſque* eſt inter cæteras. [g] Iambicum verò et Tetrametrum, *omninò* ad Motum Proclivia ſunt: Hoc quidem Saltationi *exprimendæ* *, illud Actioni *Hiſtrionicæ* idoneum. 19. [z] Prætereà *Quantò* abſurdius *foret*, ſi quis *Metra* ipſa commiſceat †, ut Chæremo, *in Centauro ſuâ* ‡; *nunc hoc, nunc illo, claudicans pedum genere?* Quamobrem Prolixiorem *Rerum* Conſtitutionem, nemo alio *unquàm Metro*, quàm Heröo, complexus eſt: Sed (quemadmodùm *ſuprà* dixi) quid *Epicæ, quid cæteris* congruat, Natura ipſa docuit, *Magiſtro Uſu* dijudicante.

Siquidem

[f] Hexametrum, (ob tarditatem pedum) Poëſi huic peridoneum ſit; quippe magnificæ et gravi.

[g] Iambicum et Octonarius, (quià mobiliores verſus) hic ſaltationi Dithyrambicæ: illud, Dramaticis Interloquiis natum.

* *Cap.* 2.

[z] Multò minùs admittenda plura Metrorum genera: quandoquidem ſi varii atque inæquales incedant pedes, Poëma, quod illis nititur, vacillet, neceſſe eſt.

† *Cap.* 1. ‡ *Cap.* 1.

CAP.

CAP. XVI.

Epopœïæ extruendæ Methodus.

De Epopœïæ Fabrica, Præcepta varia, una cum Homeri laudibus, qui ipſa prodidit, conjuncta: 1^m^, *à part.* 1^a^. 2^m^, *à part.* 3. 3^m^, *à part.* 6. 4^m^, *à part.* 8. 5^m^, *à part.* 8. 6^m^, *à part.* 11.

HOMERUS autem, cùm in aliis dignus eſt, qui laudetur, tùm *vel in eo* maximè, [1] quod Solus inter Poëtas, Quid ex Sua, *Quid ſub Alterius* Perſona fingendum ſit, non ignoret. Ipſe enim Poëta, quàm Pauciſſima, *ex ſuo quaſi ore* dicat, oportet; Siquidem ſecundùm hæc, *(quæ ſuo edit nomine)* ne Imitator *quidem* eſt. [2] Ac alii *Poëtæ*, per omnem *Poëmatis* partem, ipſi *ſe* Actioni immiſcent; Pauca verò, *ſub Aliorum Sermone* imitantur, Pauciſque in locis: [b] Homerus *contrà*, cùm Pau-

De Epici Poëmatis, i. e. Homerici, conſtitutione, præcept. 6.

[1] Narrativo Modo ſic imitetur Epicus, ut ne nimium ex ſeſe narret: ut plurimûm enim perſonis Dramaticè inſervire æquum eſt.

[2] Quæ res, Epicorum antiquiſſimis, ſuſque deque habita. Inſcitè, Quis neſcit?

[b] Homero contrà, religio fuit, paucis (Procœmii loco) prænarratis, Perſonas fabulantes inducere;

cula

cula Præfatus ſit extemplò inducit Virum aut Mulierem, aut aliquam aliam Rem, *Perſonamve* [c] Moratam: Neque omninò quicquam Morum expers *oſtendit*, nihilque non ornatum Moribus. ¶ 3. [a] Ac in Tragœdiis quidem, id quod ADMIRABILE eſt, effingere oportet: [d] ſed in Epopœïa contingit citiùs, *commodiùſque recipitur id*, quod RATIONE VACAT; (Cujus operâ et vi, id evenit maximè quod Admirabile eſt;) 4. [d] Propterea, quòd *in Epicis, nos Auribus Narrantem excipimus*, non intuemur *quaſi in Theatro* Agentem. Quandoquidem illa *apud Homerum*, (ubi Hectorem inſectatur *Achilles*) *ſine ulla reprehenſione Narrantur*; ſi in Scena Agerentur, apparerent utiquè inſulſa: utputâ, *Hinc Græci ſtantes, nec hoſtem fugientem inſequentes: Illinc Achilles, ne illum vulnerarent innuens:* Quæ certè ſingula in Epicis latent. 5. [f] Admirabile autem *omne*, jucundum eſt; cui rei fig-

[c] Singuliſque ſuos adaptare Mores.

[a] Præc. Actioni Tragicæ probè congruit, id quod Admirabile eſt:

[d] At in Epicâ, procedit rectiùs: quippe, quæ tutiùs admittit τὸ ἄλογον, quàm Tragœdia.

[e] In Illa enim ſpectantium oculis proponuntur omnia: ut, ſiquid inſit abſurdi, id palam ſe prodat: In epicis Narratur tantùm, non Aſpectu dignoſcitur. Ut, illud de Hectore, Iliad. 22.

[f] Sin autem id, quod Admirandum eſt, poſcat Epica; etiam id, quod Audienti Jucundum.

num

num eſt, quòd omnes, qui *rem geſtam* Nunciant, " *Eam Admirabilem eſſe* * addant: quaſi *hoc pacto*, quò *gratiores ſint*, Gratum *quid Auditori* facientes. ¶ 6. [3] Maximè autem, etiam alios *Poëtas* docuit Homerus, FALSAS RATIONES, quo modo oportet, dicere. Eſt autem hoc, Paralogiſmus *, *ſeu Fallacia quædam.*

Prima Deductio, à Poſitione Antecedentis, ad Conſequentem: { *Pluvit: ergo Terra madefacta eſt* } *Utraque contingentibus et falſæ.*

Secunda Deductio, à Poſitione Conſequentis, ad Antecedentem: { *Terra madefacta eſt: ergo Pluvit.* } *Utraque contingentibus et falſæ.*

[ε] Arbitrantur enim homines, cùm ſi τὸ Prius eſt, aut fit; τὸ Poſterius quoquè *ſit*, *aut* fiat;

* *Fingendo ſcilicet, mentiendoque ut plerumque evenit.*

[3] Præc. Mentiatur Poëta: Cedo. Modò aſtutè, et in rem ſuam. Sic Sophiſticè ſæpè Homerus, fallacias texit à Conſequenti, in ſecundâ figurâ: ut Odyſſ. 18. Nutrix, dùm pedes Ulyſſi lavat, ex cicatrice agnoſcit: i. e. à Conſequenti et Signo.

† *Lib. Elench. cap.* 5. *p.* 6. *&* 7. *&* *Rh.* 2. *cap.* 26. *p.* 11.

[ε] Atque hoc Captionis genus, facilè imponit imperitis. Semper enim illi, Conſecutionem retroagi autumant: Quod nec in Omnibus, nec Semper ſit ut poſito Conſequenti, ſequatur Antecedens;

etiam

etiam *vice versâ*, ſi τὸ Poſterius eſt, *vel fit*, τὸ Prius eſſe, vel fieri. Hæc autem Deductio *Secunda, à Poſito Conſequenti ad Antecedentem*, Falſa eſt: [h] Quamobrem porrò etiam prima Deductio, *à Poſito Antecedente ad Conſequentem*, Falſa erit, *non Illativa:* Verùm, ſi τὸ Prius ſit, non neceſſariò *ſeu ſyllogiſticè ſequitur*, τὸ Poſterius eſſe, aut factum eſſe, aut adjectum fore. [i] Quia enim animus noſter, hoc *(quod conſequens eſt)* Verè Eſſe cognovit; falsò indè ratiocinamur, etiam Primum illud, Verè *ac ſimplicitèr Eſſe*. ¶ 7. [4] Sed et illa potiùs, quæ Impoſſibilia, et *Auditori interìm* Veriſimilia ſunt, eligere *oportet*, quàm quæ Poſſibilia, ſed Parùm Appoſita ad Perſuadendum. ¶ 8. [5] Neque *verò* Sermones ex iis, quæ Ratione Carent, partibus Conſtituere decet, ſed maximè quidem, ut ne inſit quicquam, quod Ratione Vacet; [k] ſin minùs *hoc detur*; *ſaltem* Extra Fabulæ Conſtitutionem * *ponatur*; (ve-

[h] Undè etiam (vice versâ) fit, ut ratio à poſito Antecedenti, ad Conſequens, ſit ἀσυλλογίστος i. e. falſa et inanis:

[i] Ratio à conſequenti, Cur inanis.

[4] Præc. Ut Hyperbolas, quæ Audienti arrident, magis eligat, quàm τὰ δυνατά, quæ repugnant. Ut quorum Mores excolere vult, eorum ancilletur Opinioni.

[5] Præc. A principio ad exitum fabulæ, ne Abſurdi quidpiam Adtexas:

[k] Sin rei difficultas id poſcat; Summovendum ſaltem, extra Fabulam: ut, in Œdip. Tyr.

* *Cap.* 8.

lut, in Oedipode, *illud, Quòd neſciat, Quomodo Laïus, cui hæres ipſe erat, diem obiiſſet*) [l] In Dramate autem, nuſquàm gentium; ſicut in Electra, ii qui, quid in Pythiis *geſtum ſit*, nunciant; [m] aut in Myſis, is qui ſine voce *ulla edita, tàm longo itinere*, ex Tegea *Arcadiæ oppido*, in Myſiam pervênit. 9. [n] Quare illud ſi dicant, "*Niſi tale ἄλογον finxiſſent*," Interituram *ſibi* fuiſſe Fabulam; Quàm pulchram? Ridiculum *id quidem, ad eoſque excuſandos parùm utile*. [o] Ab initio enim, non oportuit Conſtitui tales, *quibus aliquid* RATIONE VACUUM, *opus eſſet*. [p] Sin Conſtituerit *quis, eoque pacto Res Poſita*, Conſentanea magis apparuerit, admitti *ſanè par erit*, etiamſi Abſurdam *; 10. [q] Quoniam et quæ in Odyſſea, Ratione deſtituuntur, *(de Ulyſſis ad Ithacæ littus Expoſitione)* perſpicuum eſt, ne tolera-

[l] In mediâ autem Actione, non ferendum. Ut, in Electra Sophocl.

[m] Et in Myſis, Itaquè perineptè quidam: [Se coactus finxiſſe *Abſurdam:* ne exitu ſuo fruſtrata, periret fabula.]

[o] Primùm enim ab initio quid opus fuit tali Fabulâ?

[p] Deindè; Si talis jam Conſtituta ſit; eaque, Poſito illo Abſurdo procedat rectiùs: nihil eſt quòd vitium illud expaveſcas.

* *Cap.* 7.

[q] Hoc idem factitavit Homerus, Odyſſ. 13: Ubi tanta τῷ ἀλόγῳ Maculæ elegantiarum, quicquid poſſet, affunderet illuc poëta; quod quidem neceſſarium illi malo, vel obſcurando, vel Compenſando videretur.

bilia

bilia futura, ſi malus Poëta finxiſſent. Nunc autem aliis Bonis, *atque Elegantiis*, Poëta contegit, quaſi condimentis ea, quod Abſurdi inerat, *ubiquè* adſperſis. ¶ 11. [6] Elocutione autem Laborare maximoperè oportet, in Partibus *Fabulæ* Ignavis, *iis ſcil.* quæ neque Moratæ ſunt, neque Sententiis munitæ. [7] Contrà enim Elocutio valdè Splendida, cùm Mores inobſcurat, tùm Sententias.

[6] Præc. Elocutionis Cultus, ſummo uſui eſt, ubi Sententiæ defecerit, ac Mores;

[7] In illis autem, Cultura immodica, nec poſita ſuo loco, officiat Poëſi, nedum juvet.

CAP. XVII. CAP. XXV.

De Problematis, ſeu Reprehenſionibus Poëtarum; et Solutionibus.

Poëtæ, Scriptorum genus ſunt, quod facilè Obtrectatores invenit; quibus nec Imperitorum morſiunculæ, leves; neque Philoſophorum, (ipſiuſque Platonis) cenſura, non gravis. Nunc igitur, cujus ingenium optimis præceptis, vitæque fructuoſis imbuit, Poëtæ, inquam, boni ut conſulat dignitati; de Problematis ſeu Dubiis Adverſariorum proponit dicere; hoc eſt, de Zoilorum Criminationibus, quibus vellicantur Poëtæ, atque imprimis Epici: (veranè illæ videantur, necne?) nec non de Solutionibus, quibus releventur. Præmiſſis ergo tribus rerum Generibus, ſeu Formis, quæ ad Criminum Amotionem facient; à part. 2ª; 1° *Docet Crimina alia, ſolvi ex Formis tertii generis, à part.* 7. *Alia, ex Formis primi, à part.* 13. *Alia, ex Formis generis ſecundi, à part.* 18. *Deinde, Crimina omnia, cum eorum Solutionibus reducit ad Summaria quædam Capita, à part.* 28. *Anacephalæoſis tàm Criminationum, quàm Solutionum, à part.* 34.

DE *Obtrectatorum* Problematibus, *eorumque* Diſſolutionibus, ex Quot Quali-

Propoſitio tàm Criminationum, quibus vexantur Poëtæ, quàm Solutionum.

buſque

buſque Formis, hôc qui conſiderant pacto, manifeſtè *rem* teneant. ¶ 2. [a] Quandoquidem enim Poëta, Imitator eſt *quidam*; ſicut et Pictor, vel quivis alius Imaginum Opifex: Semper ex iis, quæ numero tria ſunt, *(ſi conſilium ejus atteridas)* unum aliquod ut imitetur, neceſſe eſt. Aut enim [1] Qualia *olim* ERANT, vel *adhuc* Sunt, *ut nihil mutet*; Aut [2] Qualia vulgò ipſa AIUNT, vel Eſſe videntur, *ut opinionem ſequatur*; Aut [3] Qualia ESSE OPORTET, *ut exemplar abſolutum det.* 3. [2] Hæc autem *omnia* Enunciantur Elocutione, præſertìm Linguis et Tranſlationibus; *Aliæ* etiam permultæ ſunt Paſſiones *atque Ornamenta* Elocutionis; *Extenſiones, Immutationes, &c.* (Quæ quidem omnia Poetis, *pro arbitratu uſurpanda*, concedimus.) 4. [3] Prætereà verò, non eadem Rectitudo Politicæ eſt *Scientiæ*, quæ Poëticæ; *(Illa enim abſolutè Vera; hæc Nonnullo Errore implicata)* paritèrque nec

[a] Præmittit autem Fundamenta, ſeu Rerum Poëticarum genera 3[a]: 1[um], *in Rebus*, Perſoniſque, quæ exprimuntur; (3[bus] ſcil. Formis.)

[1] Quales exiſtant. [2] Quales eſſe perhibentur:

[3] Quales eſſe oportet: 2[dum] Genus, *in Elocutione*, quâ Res illæ omnes Enunciantur; ut Linguis, Metaphoris, &c.

3[um] Genus, *in ipſa Arte* Poëtæ: cujus *Imbecillitas* apparet, reſpectu aliarum artium perfectiorum habito; ac Politicæ imprimis: cui ipſa ſuo modo miniſtra eſt.

aliarum

aliarum Artium, et Poëticæ. 5. [b] Ipſius autem Poëtici *ſtudii* Erratum, eſt duplex; [c] unum, Per Seipſum; Per Accidens, alterum. Nam ſi Imitationem præeligat rei, cui perficiendæ præ imbecilitate haud ſuppetit, ipſius *Poëtæ* Peccatum *in Arte Sua* eſt, *et Per Se:* [d] Illud autem, cùm Præelegerit Minùs RECTE; ſed *tamen, Vel Rem ſumpſerit exprimendam Falſam; ut,* " *Equum, qui gradiendo, u-* " *trumque ſimul crus dextrum attollat:*" 7. [e] Aut, *ſi quid* peccati *admittatur* ſecundùm Quamlibet Artem: veluti, Medicinam, aut aliam *aliquam, ex quibus res ſuas mutuatur Poëta:* 8. [f] Vel cùm Res Impoſſibiles, *rationiſque expertes* commentus ſit. Hæc inquam *Errata,* qualiacunque fuerint, *Poëticæ ſunt Ex Accidenti quidem,* non PER SE *ipſam.*

[b] *Errata* autem, (quibus labi contingit) 2^cia ſunt: (unde formæ tres:)

[c] Alia enim ipſius artis *Per ſe* (quæ Forma prima eſt;) ut cùm materiam tractandam aſſumpſeris; quam præ ingenii tenuitate adornare non potes:

[d] Alia *Per accidens:* idque vel cùm Materia ipſa, quæ eligitur, in errorem impulit: (quæ Forma ſecunda eſt) Sivè quià deſumpta ſit ex aliâ ſcientiâ, cujus Poëta non perdidicit res:

[e] Sivè quòd Erati aliquid in ipſis præextiterit ſcientiis, quod poëtæ Eligenti imponit.

[f] Vel cùm conſultò Res Impoſſibiles et ἀλόγους arripiat Poëta: ut ſine quibus Fabula ad finem, quem optat, non perveniſſet: (quæ Forma eſt tertia.)

¶ 9. Quare

¶ 9. [g] Quare in Problematibus, quæ Objici ſolent, ex horum *Generum Formarumque* intuitu, Solvenda ſunt. [i] Primùm enim, ſi Res, quæ penes ipſarum artem ſint Impoſſibiles, finxerit, peccatum admiſit. 10. [h] Sed rectè fecerit, ſi *eo pacto* Finem conſequatur ſuum, *quem uſitatâ artis illius viâ non attigiſſet.* Finis enim *Fabulæ antè* dictus is eſt *, veluti ſi tali re *(quæ fieri non poteſt)* fictâ, aut Partem illam *(in qua fictio eſt)* aut aliquam aliam, ad Conſternandos Animos Accommodatam fecerit. Exemplo ſit Hectoris Inſectatio; *in qua, quod Impoſſibile atque Abſurdum eſt, ſtuporem gignit.* 11. [i] Verùntamen *abſque tali Peccato*, ſi Finis *ipſe*, aut magis aut *paullò* minùs ineſſe contigerit; *nihiloquè minùs* contra Artem eam, quæ de his eſt, peccatum ſit; haud Rectè ſe habet, *neque herclè Excuſari poteſt:*

[g] Ex præmiſſ. *Criminationum* omnium *Solutiones* petas licet.

[i] Quod ad tertium genus:

[i] Si ex Formâ tertia objecerint: [Aliâ te ex arte diſſerentem, id protuliſſe Abſurdi, quod illius præcepta, non ferent:]

[h] Excuſandum; Contra regulas quidem illas peccâſſe te: Sed *Quanto bono?* Ut inde conſequerêre Poëmatis Finem; h. e. Conſternationem eorum qui audiunt. Hoc pacto Impoſſibilium Fictionem tolerari, et Poëtæ condonari meritò poſſe.

* *Cap.* 7. *ad finem.*

[i] Quanquam, quià ſemper offendit meritòque diſplicet, quomodocunque peccare; monendus es; ſiquâ eundem finem, ſervatis illis regulis, modò attingere liceat, ne facilè aſſueſcas in hac culpâ labi.

Oportebat

Oportebat enim, ſi quâ contingeret, omninò nuſquàm Errari. 12. [z] Prætereà, Utrum *tandem* Peccatum *gravius?* Num, *quod admiſerit Poëta* ſecundùm Artem *Suam*, an *ſi quid titubatum ſit*, quoad Accidens Aliud? Minus enim *id culpæ* eſt, *velut*, in cervorum ſpecie, ſi Fœminæ cornua *(quæ imprudentèr affixit)* ineſſe ignoret, quàm ſi *eam ſine cornibus, ut eſt*, Malâ *minimequè Poeticâ* Imitatione deſcriberet. ¶ 13. [c] Adhæc, [1] ſi *Poëtæ* vitio vertitur, non eſſe Vera *quæ affinxit: Occurrendum tamen; Finxiſſe*, Qualia *eſſe* OPORTET; velut etiam Sophocles dicebat; "*Se quidem, quo magis "prodeſſet, Res Perſonaſque, Quales eſſe Opor- "tet; Euripidem, non niſi, Quales ſint effin- "gere.*" Quamobrem *id* hâc viâ ſolvendum eſt. 14. [2] Quòd ſi neutro modo, *nec quæ*

[z] Si ex formâ ſecundâ criminentur Alterius res Artis (quam minimè calluiſti) indoctè te docuiſſe. Minuendum hoc: Comparatè ad formam primam. Lenius id ſcil. veniâque dignius haberi; quàm ſi propriâ tuâ in Arte cecidiſſes. Eam enim Offenſam, quis eſſe neget inexcuſabilem?

[k] Quod ad primum genus:

[1] Si ex formâ ſecundâ inſimulent: Falſa te docuiſſe, et præter hiſtoriæ fidem:

[1] Recurrendum eſt ad formam tertiam: Te, non quod fieret, finxiſſe, ſed quod fieri expediret: h. e. (quod cap. 4. p. 14. dixit) præſtantius quiddam, et quaſi exemplar ſecutum eſſe.

[2] Si ex formis prima et ſecunda, arguant: Nec vera te nec præſtantiora attuliſſe.

VERA

VERA *ſunt, finxit, nec Qualia eſſe* OPORTET; *dicendum,* quòd ITA AIUNT; velut eà, quæ de Diis *ex Opinione Vulgi narrantur.* 15. [m] Forſan enim, nec fas dicere, Quòd Melius *ſe habeant*; neque quod *ex rerum natura* Vera ſint; ſed " Quòd, *neſcio*" quî " Evenit, " *ut ſic autument:*" (Quemadmodùm Xenophanes *Eleates* dixit;) " verùm his nihil *ineſſe* Certi. 16. [3] Fortaſſe autem nec, *Quòd* Meliùs *Ità, dici poteſt*; ſed quod *Tunc Temporis, Ex More ſic fuit:* velut, quæ *memorantur* de Armis *militum Diomedis:*

" ——————*Cuſpide nixæ*
" *Imâ haſtæ ſteterant*;—*In circulo ſcil. ferreo*
" *humi defixo.*"

[n] Id enim tunc, inſtituti, *Græcis* fuit; quemadmodùm etiam nunc dierum Illyricis *quî*

Referes te ad form. ſecundam, i. e. ad Famam: " Ita communi opinione jactari: ut, ſi vitium illud ſit: vulgi rumoriſque vitium ſit, non tuum."

[m] Huic ſolutioni affine erat illud Xenophanis Phyſici, de naturâ Deorum diſputantis &c. de quo vid. Sext. Empiric.

[3] Si ex formâ tertiâ inſimulent: id fingi, quod minimè Oportuit: occurres ex formâ primâ: veritatem, te, temporumque priſcorum inſtituta ſequi. Velut, Iliad 20. Dormiente exercitu, lanceæ (quò ad manum ſint) ferreo inſtrumento figuntur: cùm potiùs directè adverſus hoſtem ſtare debuiſſent:

[n] Verùm hoc non Erratum poëtæ, ſed rudis illius ætatis Mos fuit.

veterem retinent Morem. 17. [4] De illo autem, PULCHRE ne an ſecùs, aut Dictum à quoquam ſit, aut Factum; [o] conſiderandum eſt non ſolùm intuendo in ipſum, quod Factum vel Dictum; *cujus generis ſit*, Studioſum, ne, an Pravum; [p] Sed in [1] Agentem quoquè vel Dicentem, *et in eum* Erga Quem *is dixit vel fecit*; aut [2] Quando; aut [3] Quo Medio; aut [4] Cujus Gratiâ: velut, aut Majoris Boni *causâ*, ut fiat *veniatque ad nos*; aut Majoris Mali, ne fiat. ¶ 18. [q] Quæ ad Elocutionem verò *ſpectant*, *Crimina*; *his modis* intuentem ſolvere oportet: [r] veluti, per Linguam; *illud Homeri*,

"Ουρῆας *quidèm primò peſtilentia perculit*" — Fortaſsè enim *per* "ἀρῆας," non "*Mulos* in-

[4] Si ſpeciatim ex eadem formâ tertiâ, coarguant: Perſonam, quæ inducitur, dixiſſe vel feciſſe minùs Rectè.

[o] Vendicabis: Tum ex communi Ratione Boni: Quòd ità fecerit dixeritve, ut Oportuit:

[p] Tùm ex Circumſtantiis (quæ facto hærent).

[1] Perſonæ ſcil. quæ fecit in quem:

[2] Temporis, quo geſtum:

[3] Inſtrumenti, quo fecit:

[4] Finis conſiliique ejus, qui fecit. His enim mutatis, magnopere commutantur dicta atque facta.

[q] Quod *ad* ſecundum *genus*: Si ex Poëtarum vocibus, quaſi ansâ, arreptis [Abſurdè eos ſenſiſſe] dicat: Facilè liberantur illi, ex variis Locutionum formis.

[r] *Per Linguas:* ut Iliad. 1. objectio de Mulis: Cur potiſſimùm corriperentur peſte? diluitur: Quia ἀρῆες, vox peregrina, Cuſtodes hîc notat, non Mulos.

" telligit,

" telligit, ſed *Caſtrorum Cuſtodes, qui excubias*
" *agunt.*" Et [r] Dolonem *(dum ait)*

" *Qui ſanè ſecundùm* εἶδος *quidem erat malus*"

Non " Corpore Incompoſito fuiſſe *notat,*" ſed " facie Turpem." Siquidem Cretenſes, ἐυειδὲς, *non id quod Corpore Pulchrum eſt* vocent, *ſed* quod Facie Specioſum. [s] Et, *ubi Achilles Patroclo, convivium legatis apparenti mandat:*

" Ζωρότερον *autem illis merum miſce,*" — Non Meracius, *ut temulentis, miſceri* vult: ſed Feſtinantiùs, *ut occupatis.* 19. [z] Per Tranſlationem autem, dictum eſt illud;

" *Alii quidem Diique, et homines*
" *Dormiebant univerſam noctem:*"——

[t] Et illud *de Agamemnone varia cogitante,*

Sive quando campum Trojanum adſpicerent:

[r] Et Iliad. 10. Cur Dolon fingitur εἶδος κακὸς, cùm mox appelletur Magnus Curſor, i. e. Egregiâ Compoſitione inſtructus? Sed ſcias; Cretenſi vocabulo, ſic illum dici: quia vultu ſit turpis, non corpore.

[s] Et Iliad. 9. An Achilles, ſapientiſſimis viris, cum gravitate opus eſſet, propinaret Meracius? Nunquam faceret. Sed externo juſſit vocabulo, ζωρότερον, i. e. Citiùs id facere.

[z] *Tranſlatio* poëtam ſublevat, ut Iliad. 2. Numquid veriſimile eſt, Omnes Deos homineſque totam ſtertiſſe noctem: Sed per Totam, intelligas Magnam Partem: Metaph. à Genere ad Speciem.

[t] Et Iliad. 10. Mireris, Agamemnonem regem, modò hoſtium intueri caſtra, modò naves inviſere: Sed metaphoricè, Adſpiciens, dixit pro Animo cogitans.

[u] Et *paullo poſt*;

" *Tibiarum fiſtularumque vocem, tumultum-*
" *que in caſtris.*" [x] Et illud,

" * *Omnes dii, Jovem ſimul ſunt ſecuti.*"

Nam " Omnes pro Multi," per Tranſlationem, dictum eſt: quoniam omne, eſt Multum quiddam; [y] et illud *(de Sidere Arcto ab Ulyſſe conſpecto:*

" *Sola Urſa, expers Oceani lavacrorum*" — *i. e. Borealibus nunquam occidens)* per Tranſlationem dicitur: Quod enim Notiſſimum eſt, *quaſi* Solum eſt. 20. [4] Per Accentum autem *purgatur*; quemadmodùm Hippias Thaſius, ſolvebat illlud, *quod Jupiter, Somnio mandabat; ut Agamemnoni nunciaret;*

" Δίδομεν δέ οἱ, *ut victoriam indè gloriamque*
" *reportet.*"

[u] Et mox, Fiſtularum Vocem (κατ' ἀκυρολογίαν) pro Sonum: et Tumultum pro Vocem.

[x] Et Iliad. 1. Ad Æthiopas Dii ſequebantur Jovem: An omnes? (Ità cœlum fuiſſet ſine diis:) Sed Multi.

* *Hoc ex Heinſii conjectura, neque enim in textu apparet.*

[y] Et Odyſſ. 5. 145. Solum urſæ ſydus Borealibus nunquam occidit: Quis diceret? Sed Solum metaphorica Trajectione cepit, pro maximè Conſpicuo, vulgique opinione Noto.

[4] *Accentus* quoque Solutionem parit: Cùm, mutato vocis ſono, longè alius elicitur, quàm qui reprehenditur, ſenſus. Ut Iliad. 2. Jupiter ad ſomnium: Non δίδμεν, *damus*, inquit: (Sic enim falſis promiſſis ductaret Græcos) ſed δίδμεν: " Tu
" nuncia, nos illis *gloriam dare*."

Et

[z] Et illud *de Meta, quam Achilles in curſu equorum fixit* ;

" —— *Hoc quidem lignum non computreſcit* " *imbre.*"

21. [4] Per Diviſionem autem, *ſeu Interpunctionem excuſantur illa:* velut, *cùm* Empedocles;

" *Extemplo autem (mutato curſu motus)* " *mortalia nata ſunt, quæ priùs, in Chao illo,* " *didicerant immortalia eſſe ;*"

" *Mixtaquè priùs quæ pura.*"——22. [5] Per Ambiguitatem verò, hæc ; *ut, cùm Ulyſſes in Expeditione Nocturnâ, Diomedem monet, ut properet :*

" —— *Præteriit autem jam major portio* " *noctis, i. e. duarum noctis partium :*"

Nam illud " πλέων, *Plus,* ambiguum eſt; *quià vel ad Tertiam Noctis Partem referri debet, vel abſolutè legitur.* 23. [6] Ex Conſuetudine verò Locutionis, *non ex Veritate, pen-*

[z] Et Iliad. 23. 843. De ligno arido, non ait ἔ, *Ubi:* (id enim falſum, ſibique contrarium) ſed ἀ, *Non* corrumpitur, &c.

[4] *Ex Diviſione* naſcitur ſolutio : quoties ſententia aliter interpuncta, alium edit ſenſum, quàm putabat is, qui arguit. Veluti, in ſecundo verſu, non ad vocem *Prius* (quod obtrectator voluit) ſed ad *Mixtaque* fit interpunctio. Sic enim ſenſus quadrat.

[5] *Anceps nominum ſignificatio,* Reprehenſionem diluit: velut, Iliad. 10, non dicit, " Pluſquam duas partes noctis, elapſas eſſe ſed majorem partem duarum.

[6] *A conſuetudine ſermonis,* veniam poſtulat Poëta: Nimirum, Quià ſic loquitur Vulgus.

duntur

duntur nonnulla: veluti, " Dilutum," *ſeu Aquâ Temperatum, etſi vinum non ſit, vulgò* tamen aiunt eſſe " Vinum :" [a] Unde *et illud, de tibia Achillis (quam Agenor haſtâ perculit) à poëta* dictum eſt:

" —*Ocrea recens fabrefacti Stanni*;

pro " *Ferri :*" *eâdemque ratione,* " *Fabros, qui non niſi Ferrum exercent,*" " *Ærarios* vocant." [b] Undè etiam *ab Ænea, genus ſuum venditante,* Ganymedes, " *Jovi Vinum miniſtrare,*" dictus eſt; cùm *tamen Dii,* non Vinum, *ſed Nectar* bibant. Hic verò, etiam per Tranſlationem purgari, *et ab inſectatione defendi* poſſet. *Siquidem unius mali, remedia ſæpè plura.* 24. [7] Quinetiam, quando Nomen *aliquod,* Subcontrarii quidpiam videtur innuere, in ea, quæ prolata eſt, *ſententia*; QUOT MODIS *id* ſignificet, attendere oportet: *ut, ſi quis Significatus ſuperſit, quo Repugnantia tollitur; is Poëtæ tribuatur.* [c] Velut, *de laminis Achillei ſcuti*;

[a] Ut Iliad. 10. Stannum, ut materiam, conficiendis quidèm ocreis ineptam, poſuit tamen, ex vulgi more, pro Chalybe ſeu Ferro.

[b] Sic Iliad. 19: Diis, qui ſolo utuntur Nectare, vinum tamen propinari dicitur.

[7] *Inſpectio Notionis Multiplicis,* Poëtam adjuvat: Cùm id, quod Subcontrarietatem præ ſe ferebat, ex Notione aliâ inventâ, excuſationem paret.

[c] Ut Iliad. 20. 745.—τῇ ῥ' ἴσχεο, non ſignificat, [Cui inhæſit:] niſi pugnantia loqueretur: (nihil enim illic adfixum eſſe conſtat;)

quarum duas cùm penetrâſſet Æneæ Spiculum; tertia, reſtare dicta eſt,

" ——*Quâ ferrea ſubſtitit haſta;*"

Quòd ejus *interpoſitu* prohibita eſſet. 25. [d] Hoc autem [" Quotuplicitèr Dicitur, *Attendere*; *Aptumque Significatum Tribuere*"] ſic quodammodò abſolvetur; [1] potiſſimùm *quidem*, ſi quis *de re propoſita* judicium faciat, quoad *Significatum* illum, qui *Objicientis Senſui* ex Adverſo eſt: 26. [2] Vel *ſaltem reſponderit ità*, ut Glauco *Sophiſta* dixit: " *Quòd homines* " *nullâ ratione ducti, quædam, quaſi Præſuppo-* " *nere ſoleant, Damnatiſque aliorum ſuffragiis,* " *veluti præjudicio facto, Concludere; Iidemque,* " *quaſi* QUOD IPSIS VIDETUR, *decreve-* " *rint, reprehendant, ſi quid ipſorum exiſtima-* " *tioni Subcontrarium ſit.*" 27. [e] Atque hoc *errore* imbuta ſunt ea, quæ de Icario *feruntur*, *Penelopes patre*. Ipſum enim Laconem fuiſſe,

conſtat:) Sed Quâ vetita eſt Pertranſire: Quo ſenſu, nihil pugnæ.

[d] Præcepta hic duo. 1. Ut ſiqua ſignificatiuncula objectionem faceſſat, eam, ex notione contrariâ, eleves:

[2] Id ſi minùs liceat; ut, cum Glaucone, pertinaces incuſes hominum mores: Quib. ſua ſic Placet opinio, ut quaſi Judiciorum domini, aliorum ſententiam ne audiendam putent.

[e] Exemplo ſit opinio illa, de Icario Penelopes patre: Lacedæmonium illum fuiſſe. Itaque Odyſſ. 4. Telemachum increpant; quod Lacedæmonem veniens, avi ſui oblitus ſit, à quo de patre Ulyſſe certior poſſet fieri:

arbitrantur

arbitrantur *plerique*: Pro Abſurdo igitur, *Homeri* illud *habent*; " *Cum illo Telemachum,* " *quando Spartam, inveſtigandi patris causâ,* " *veniret, minimè congreſſum fuiſſe.*" [f] Hoc autem fortaſsè ſe habet, ſicut *populi* Cephalenii ajunt: " *A ſua enim gente, uxorem dux-* " *iſſe Ulyſſem,*" perhibent; " *ſocerumque ejus* " *Icadium, non (ut vulgus putat) Icarium,* " *fuiſſe.*" [g] Problema autem, quod propter *Poëtæ* Peccatum, *ex Artis inſcitiâ fit*, conſentaneum eſt *Solvere.* (* *Deſiderantur quædam.*)

¶ 28. [h] Omninò quod Impoſſibile eſt, (quò excuſari queat) [i] vel ad Poëſin, vel ad id quod Melius, vel ad Opinionem, *ſeu ea quæ Aiunt*, reducendum eſt. Ad Poëſin enim *redigi debet, quià Poëſeos gratiâ*, eligendum potiùs *eſt*, quod Perſuaſioni Aptum *, quàm quòd ineptum: tametſi hoc fieri poteſt, illud non poteſt. 29.

[f] Sed Opinionem illam, opinio tollit contraria: ut avus Telemachi, non Lacon, ſed è gente Cephaleniâ, neque Icarius, ſed Icadius cognomento fuerit.

[g] Quid quòd hæc eadem objectio, (quiâ Homerum fefellerat Hiſtoria) eludi poterit, ut ſuprà, par. 7?

[h] *Reprehenſiones* Adverſariorum ſummatim notat: Alias ſolvi et expurgari poſſe: Primum enim Reprehenſio τῷ ἀδυνάτῳ, refutatur 3bus modis: Revocando ſcil. vel ad Poëmatis finem: quo ut perveniret, confinxit ea ſcil. quæ naturæ diſſentiunt; (Pecudes loqui; homines in arbores converti, &c.)

* *Cap.* 16.

Tales

[1] Tales autem *Res Perſonaſque fingi decet, non modo* quales Zeuxis *, *abſque moribus ornatuque* pinxit; verùm etiam *reduci* ad Melius. Etenim, *in omni Imitatione, quod* pro Exemplari eſt, *reliquis omnibus* antecellere oportet. 30. [k] Ad ea quæ [2] Aiunt, *rediguntur hæc, quæ dixi*; et [1] illa, quæ Sine Ratione ſunt. 31. Ergo, et ita *Solvenda*; [2] et *prætereà*, Quià, *Quod Ratione Vacat*, Præter Rationem quandoquè non eſt †. Veriſimile enim *eſt* etiam *id, quod* Præter Veriſimile *eſt*, fieri: *Alioqui quicquid Veriſimile eſt, certum atque exploratum foret*. 32. [3] Subcontraria verò ejuſmodi, quæ dicta ſunt; ſic conſiderare *oportet*, quemadmodum Confutationes in Diſputationibus *fieri ſolent*; Si *id quod* pro Contrario *arguitur videatur eſſe* Idem, et ad Idem, et

[1] Vel ad Melius; i. e. Abſolutum rei Exemplar; quod quò proponeret ea quæ præter ſupravè naturam eſſent, neceſſariò finxit.

* *Cap.* 3.

[k] Vel ad opinionem communem: cui refragari noluit.

[2] Reprehenſio τῦ ἀλόγυ, excuſatur bifariam:

[1] Quod famam ſecutus ſit.

[2] Quià ne id quidem præter rationem eſt, ut quod rationi diſſentit, aliquando fiat.

† *Cap.* 10.

[3] Reprehenſio ſubcontrarietatis, (quam in vocabulis protuliſſe arguitur) ex conditionibus Dialecticorum illis elui poteſt; [An idem, ad idem, et eodem modo:]

Simili Modo *ſe habens.* [l] Quare in Poëticis, etiam *Perſonam* ipſam animadvertas, *oportet*; et Ad Quas Res ipſe *reſpiciens, illa* dicat: *Videndumque, an Ea in Re,* quod Prudens Præceperit, *ſecutus ſit.* 33. [m] Juſta autem Reprehenſio, *quamque excuſare nequit* Poëta, eſt et Vacuitas Rationis, et Improbitas: quandò *ſcil. Poëta, in aliquâ parte,* dùm nulla premat neceſſitas, [n] aut eo quod Ratione Vacet *, uſus ſit; ut Euripides illo, in Ægeo; aut [o] Pravitate *non credendâ,* ut *idem Euripides, Pravitatem inducit* Menelai, in Oreſte †. ¶ 34. [p] Ac Reprehenſiones quidem *Poëtarum,* ex quinque adducunt Formis *ſeu Generibus ſummis.* Nam *reprehendunt* aut [1] tanquam ea, quæ Fieri non Poſſunt; aut [2] quæ Ratione Carent; aut *quæ* [3] Pernicioſa, *ſeu Improba*; aut [4] Subcontraria; [5] aut tanquam ea, quæ à

[l] Videat ergo, qui poëtam ſic vexat.

[1] An eadem Perſona locuta ſit cum eâdem:

[2] An ad Eaſdem Res intenderit animum, cum diceret:

[3] An in eo verbo, authoritate fretus ſit Prudentis Viri.

[m] Alias Reprehenſiones notat elevari non poſſe: quartum ſcil. τῆς ἀλογίας, et quintam τῆς πονηρίας: Cùm Poëta, abſque ulla neceſſitate,

[n] Vel, quod Abſurdum eſt, potulerit;

* *Cap.* 8. & *cap.* 16.

[o] Vel quod cum incredibili Improbitate conjunctum.

† *Cap.* 8.

[p] Ἀνακεφαλαίωσις dictorum: *Reprehenſiones,* 5[r] fuiſſe:

1. 2. 3. 4. 5.

Poëticæ

Poëticæ vel alterius Artis Normâ ac veritate diſcedunt. [q] Quarum *omnium* Solutiones, ex antedictis *Formarum* Numeris, *ſeu Specialibus Differentiis*, conſiderandæ: *Omninò* autem comperiuntur numero duodecim.

[q] *Solutiones.* (ex tribus formarum generibus petitas) fuiſſe 12. Tres, primi generis; 7, ſecundi; et duas tertii.

CAP. XVIII. CAP. XXVI.

Collatio Poëſeos Epicæ cum Tragœdia.

Problema ex Platonis 2° leg. An Tragœdia præſtet Epopœiæ? Primo Diſputatur negativè; à par. 2ª. Deinde Demonſtratur Affirmativè pro dignitate Tragœdiæ; à part. 5ª.

UTRA verò ſit melior, Epica an Tragica Imitatio, dubitare poſſet quiſpiam. [r] Si enim *Imitatio*, quæ minùs Oneroſa eſt, Melior ſit; 2. [a] Hujuſcemodi autem ſit ea, quæ pertinet ad Spectatores Meliores: [b] Perſpi-

Quæſtio An Tragica imitatio, præcellat Epicæ?
[r] Diſputatur *negative:* idque præmiſſis his:
Si ſuperior Imitatio illa, quæ ſpectanti minùs moleſta:
[a] Qualem libentiùs intuentur Prudentes Viri:
[b] Inferior certè ea, quæ Geſticulando Nimia.

cuum *eſt*, eam quæ omni modo, (*Numero, Sermone, et Harmoniâ*) imitatur, Oneroſam fore, *et proindè Pejorem*. [c] Tales enim *Imitationes* quaſi *Spectatores* (niſi Actione tuâ Scenicâ adjunctâ) haud ſatis rem ſentiant, Multimodâ Motione moventur : [d] velut, inepti Tibicines, qui *non confiſi Imitationi Tibiæ*, volvunt ſe *circumquaquè*, ſi Diſci Circumactionem fingant; et Scyllam ſi *naves attrahentem* cecinerint, Præcentorem ſuum *ad ſe* trahunt. 3. [f] Ac Tragœdia quidem hujuſmodi *Imitatio* eſt; [g] Quemadmodùm etiam hiſtriones Priſci, *(quorum ſimplicior parciorque geſtus)* eos qui poſteà ſubſecuti, *plus ſatis Geſticulatorios* putabant. Etenim Mynifcus *Hiſtrio*, Callippidem, *(qui ætate minor)* tanquàm plus nimiò geſticulantem, *contumeliosè* vocabat Simiam. [g] Sed et talis opinio etiam de Tyndaro *Hiſ-*

[c] Rat. conſequentiæ : Quis enim illum ferat, qui te quaſi tardè intelligentem obtundat nimiâque motione importunus, nunquam ſatis monitum putet ?

[d] Nonne idem videtur is, quod infulſi tibicines, qui ſono tibiæ, quaſi ne infeliciter expreſsâ, ridicule ſuum admovent geſtum :

[f] Ex præmiſſ. par. prima, Tragœdiæ perſpicitur culpa, nimioperè geſtiendo, ſaltando, &c.

[g] Quo nomine, etiam Hiſtriones ipſi, cùm ætate, et gravitate antecederent, irriſere Juniores ſuos, ut ſequiores Pantomimos. Ex quo genere Callippides fuit, et [g] Tyndarus Mimus.

trione

trione fuit. [h] Sicut autem Juniores iſti, ad *Grandiores* illos ſe habent; Ità univerſa *Tragœdiæ* ars, ad Epicam; *eodemque verſatur in crimine.* 4. [i] Atque hanc quidem pertinere ad Spectatores aiunt, *Prudentes, et* graves: (Quamobrem geſtus, *quibus inflectantur*, non deſiderant:) [k] Tragicam verò ad *Male Moratos, ac* viles: Cùm igitur hæc, *Apparatu* ſit, *Geſtibuſque* Oneroſior, Deterior profectò videri debet. ¶ 5. [l] Ac primùm quidem Accuſatio *hæc de Onere Motionum*, Hiſtrionicæ eſt, non Artis Poëticæ; [m] Siquidem Supervacaneis *rem* Signis, *nimioque Geſtu* ornare poteſt, non modò is, qui *eam*, interpoſito aliquando cantu, Recitat; (quod Soſiſtratus fecit) ſed et is, qui Recitando, continentèr Canit, Sicut Mnaſitheus Opuntius. 6. [n] Deindè, nec omnis

[h] Ergo nec Juniores iſti, præ ſuo geſtu; nec Tragica, i. e. imitatio Mimica, tanti pendenda eſt.

[i] Ex part. 2ª, collaudatur Epica, quæ Auditores poſcat temperantes et graves: quibus ad benè vivendum, abſque geſtu ullo, perſuaſio facilis, arrecta mens.

[k] Tragicam contrà ſpectant ii, quorum hebetes ſenſus, omni, quo poſſis motu, extimules neceſſe eſt.

[l] Jam *Affirmative*, pro dignitate Tragœdiæ: Cui, quæ *de motu objecta* ſunt *diluimus* rat. 3bus.

[m] Neque enim Motionum ille exceſſus tam Tragœdiæ eſt, quàm hiſtrionum imprudentiæ. (Poteſt enim eadem etiam Epicæ aſpergi macula; ſiquis illam motu minùs neceſſario Recitet.)

[n] Nec verò omnis incuſanda Motio; Sed quæ Delicata et Perſonarum Nequam:

abſq

abſque diſcrimine improbanda Motio: [m] Siquidem neque *omnis* Saltatio; ſed *quæ* Improborum *duntaxat*; Quòd et *hiſtrioni* Callippidi dabatur vitio, et hodiè *quibuſdam* aliis: Quaſi Mulieres imitentur *illi* Non Ingenuas; *earumque Motus, Matronis tribuant honeſtis.* 7. [3]Adde quòd, etiam abſque motu *Scenico*, Tragœdiam ſuum Munus exequi, ſicut Epica, poteſt *. E ſola namque Lectione, Qualis ſit, manifeſta eſt: *ut facilè de ipſa judicium feras.* Si igitur aliis *rebus omnibus* præſtet; hoc quidem *Motionum Onus (quod tantum offenſiunculæ parit)* ut ipſi inſit, non eſſe neceſſe. 8. [n] Deindè, [1] quoniam omnia illa habet, quæ Epica; *Fabulam ſcil. Mores, Sententiam, Elocutionem, &c.* Nam et Metro *etiam aliquo* licet uti ſi velit, *(ſcil. Iambo.)* 9. [o] Et inſupèr (neque exiguâ *ſui* parte) *adornatur* Apparatu et Muſica; quorum acceſſu, *affatim ipſi* cele-

[m] Ne ſaltatio quidem damnatur omnis, (quædam enim perſonarum gravium eſt:) ſed Pyrrhica, putâ, vel Hyporchematica, &c. Quantô minùs hiſtrionum illa repudianda Motio præſertim honeſta?

[3] Quid, quòd Tragœdia, cui Motum omnem dempſeris, etiam abſque Theatro lecta, perficiat, quod vult? nec minùs herclè, quam imitatio Epica?

* *Cap.* 3.

[n] *Oſtenſive* quoque Tragœdiam anteponimus, rat. 3bus.

[1] Quià cùm omnibus adornetur partibus, quib. Epica;

[o] Tùm duas, peculiares habet, eaſque pergratiſſimas: Apparatuum lenocinia, et Cantum.

berrima

berrima conciliatur Voluptas. 10. [2] Deinde, et *Summam* quoque Evidentiam habet, cum in Agnitione, tùm in Operibus *ſingulorum dramatum Propriis*. 11. [3] Prætereà, quia Terminus Imitationis hujus *Minor eſt*, minorem longitudinem *finiens*. Quod enim confertìm magis *ſimulque totum* eſt, jucundiùs *propinatur*, quàm quod fuſum eſt, multoque tempore, *quaſi dilutum:* Dico autem, veluti ſi quis Oedipodem Sophoclis, tot verſibus, quot *conſtat Homeri* Ilias, conſtitueret: *Tragœdia hæc, quæ anteà perplacuit, præ tædio flacceſcens, amitteret ſuavitatem ſuam.* 12. [4] Prætereà, minùs Unica *ac Simplex* (quæcunque illa ſit) eſt quælibet Epicorum Imitatio. Cui rei ſigno eſt, quòd ex Imitatione *Epicâ* qualicunque complures enaſcantur Tragœdiæ. [p] Quare *ſic colligo: Si Scriptores Epici,* Fabulam *(quod oportet)* confecerint Unam; ea *certè* [q] ſi breviuſculè explicetur, versùs extremum extenua-

[2] Quià luculentèr (in Agnitionibus, Peripetiis, &c.) omnia ponit ante oculos: Quæ niſi Memorando, non oſtendit Epica.

[3] Eidem quoque Fabula, contractior eſt: Quicquid autem dulce, tantò dulcius, quantò citiùs comprehenderis, modo ne imminutum et curtum.

[4] Imitatio illa, magni pendenda, quæ Simpliciter una: Epopœia verò, minimè omnium una et ſimplex.

[p] Nam Epicus, ſi unam (qualis Tragœdiæ eſt) contexat Fabulam:

[q] Aut brevitate nimiâ, turpitèr in anguſtum deſinet;

ta;

ta; [r] Sin cum Metri Longitudine provehatur, quaſi diluta *et languida ubiquè* appareat neceſſe eſt. [s] Quòd ſi, *ut ferè ſolet*, plures *diſtinctaſque Fabulas complexi ſint*; velut, *ex. g.* ſi é pluribus Actionibus conſtent; haudquaquàm erit *Imitatio* Una: [t] Sicuti et Ilĭas, et Odyſſea, hujuſcemodi partes habet permultas [a]; quarum *quidem ſingulis*, quaſi *totidem Fabulis, etiam Juſta* ineſt Magnitudo ſua. [u] Quanquam hæc ipſa, *Homeri ſtudio*, quantum poteſt, optimè Conſtituta ſunt; et Imitatio *nimirùm*, ſunt Actionis unius, quàm maximè *potuit Una Actio in tanto opere ſervari.* 13. [5] Si ergo *Tragœdia*, et his omnibus *Bonis (quæ dixi) Epopœiæ* præſtet, et Proprio etiam artis Opere: (utraſque enim non quamlibet, ſed illam, quam ſuperiùs dixi, perficere Voluptatem decet) Manifeſtò efficitur, eam Præſtantiorem fore: Siquidem *multò* potiùs, quàm

[r] Aut prolixitate debitâ provectus, adſumet vires ſuas:

[s] Sin autem ex pluribus (ut fit) Actionibus compegerit poëma; multimembris jam naſcitur, non imitatio ſimplex:

[t] Quâ quidem in parte laborant etiam Homeri opera: quorum ex unitate perexigua laus:

[u] Nec tamen id Poëtæ vertendum crimini; Sed profectò, nec alitèr expediri res potuit, nec aliâ viâ, ad Juſtam Magnitudinem perveniri.

[5] Ac Finem ſuum utræque appetunt poëſes: Ac magis adipiſcitur Tragœdia. Hic enim Miſericordia Metuſque Major: unde Efficacior VITIORUM κάθαρσις.

Epica,

Epica, conſequatur Finem ſuum. 14. [x]Ac de Tragœdia quidem et Epopœïa, cum Ipſis *universìm*, [y] tùm *Sigillatim* de Ipſarum Formis, ac Partibus, Quot ſint, Quo pacto differant; tùm Quæ Cauſæ ſint ejus, quod in Poëmate BENE eſt, aut ſecùs; tùm de Reprehenſionibus, et Solutionibus, tot *habes quæ* dicta ſunt.

[x] Epilogus dictorum, tam quæ utrique Poëſi communia.
[y] Quàm, quæ propria alterutri.

T. WINSTANLEII

ANNOTATIONES

IN

ARISTOTELIS

LIBRUM DE POETICA.

T. WINSTANLEII

ANNOTATIONES

IN

ARISTOTELIS

LIBRUM DE POETICA.

ANNOTATIONES

IN

ARISTOTELIS

LIBRUM DE POETICA.

P. 2. l. 1. μιμήσεις] Utrum μιμήσεις numero plurali, an ſingulari μίμησις legas, quoad ſenſum perinde eſt. Scilicet vocalis ι et diphthongus ει, ſi non Ariſtoteli, ſaltem Codicum ejus exſcriptoribus, pronunciatu eædem fuerunt.

l. 5. ἀφὲ τέχνης] Dacerius reponendum contendit ἀφὲ ἧ τύχης, ſenſu non incommodo. Sic Plin. xxxv. p. 699. ed. Hard. de ſpuma equi ab Ariſtide, caſu adjuvante, expreſſa: Fecit in pictura *fortuna* naturam; et Val. Maxim. VIII. 11. de eodem: Quod ars adumbrare non valuit, *caſus* imitatus eſt. Porro momenti aliquid huic conjecturæ accedit ex loco ipſius Ariſtotelis, huic fere gemino, Rhet. I. c. 1. ubi τῇ συνηθείᾳ adverbium εἰκῇ opponitur οἱ μὲν εἰκῇ πάντα δρῶσιν, οἱ δ' ἀφὲ συνήθειαν ἀπὸ ἕξεως. Atque idem Eth. Nicom. II. 4. ἐνδέχεται γραμματικόν τι ποιῆσαι καὶ ΑΠΟ ΤΥΧΗΣ· τότε οὖν ἔσται γραμματικὸς, ἐὰν γραμματικόν τι ποίηση κὴ γραμματικῶς. Obſtat tamen Codd. MSS. et verſionis Arabicæ, ſiqua fuerit, auctoritas.

l. 6.

l. 6. ἀφ' τῆς φωνῆς] Nodum hic in ſcirpo, quem non invenerunt, fecere viri docti Caſtelvetrius et Dacerius, quorum ille ἀμφοτέροις, hic δι' ἀμφοῖν legit, ut voci μεμιγμένοις reſpondeat τὸ ἀμφοῖν, quaſi diceret, ſicut illi et ſeparatim et conjunctim, ita ii et ſeparatim et conjunctim ſuis utuntur inſtrumentis. Sed non hæc ſatis idonea ratio. Perplacet mihi illorum ſententia, qui veteri lectione retenta, per ἀφ' τῆς φωνῆς eos, qui voces ſive hominum ſive animalium imitantur, inter quos præcipue eminuit Parmeno quidam, ut ex Plutarchi libello de Aud. P. p. 63. ed. cl. Reiſk. videre eſt, deſignatos exiſtimant. Haudquaquam enim fieri poſſe crediderim, ut in inſtrumentis imitationum recenſendis, illud omitteret Ariſtoteles, quod Rhet. l. III. p. 118. ed. Sylb. πάντων μιμητικώτατον τὸ μοείων audit. Quod vero teſtatur Simon Portius apud Madium in antiquo codice ſibi viſum τῇ φώνῃ, de ejus fide nullus dubito. Sed mutato nihil opus. Ita enim Lucian. de Saltat. ἢ γὰρ αὐλός ἐστιν, ἢ κιθάρα, ἢ ΔΙΑ ΦΩΝΗΣ μελῳδία, ἢ τραγικὴ δραματοργία.

p. 4. l. ult. Χαιρήμων] Suid. Χαιρήμων, κωμικὸς (immo τραγικὸς, ex ſententia VV. cl. Kuſteri et Fabricii in B. Gr. T. I. p. 641.) τῶν δραμάτων αὐτῶ ἐστι ταῦτα, τραυμαπαις, ὡς Ἀθήναιός φησιν. οὐρεύς. ἀλφεσίβοια. ΚΕΝΤΑΥΡΟΣ κ. λ. Ergo dramati nomen fuerit Centaurus, quod etiam confirmat Athenæus in loco a Suida laudato, nempe l. XIII. p. 562. ἐν ᾧ κενταύρῳ, ὅπερ ΔΡΑΜΑ ΠΟΛΥΜΕΤΡΟΝ ἐστιν. Rhapſodiam hoc ideo ab Ariſtotele καταχρησικῶς vocatum crediderim, quia mixtum erat et quaſi conſutum ex vario genere carminum. Quod vero pro κένταυρον MSS. ἐπὶ ταῦρον exhibeant, id ex inſcitia librariorum ortum, qui vocem ἱπποκένταυρον ſibi ne quidem fando auditam, in communiores ἐπὶ ταῦρον facili negotio reſolvendam cenſebant.

p. 5.

p. 5. l. 1. οὐκ ἤδη] Specioſiſſime Heinſius οὐκ ἤδη ποιητὴν προσαγορευτέον; cum interrogandi nota. Sic enim recto pede procedet argumentum, quod alioqui claudicans et ἀσύστατον foret. Mihi vero rem diligentius penſitanti, ea verba οὐκ ἤδη, quæ MSS. ab Ariſtotele abjudicant, exſcriptoris, neſcio cujus, mentem auctoris in periodo longiore non capientis, gloſſema eſſe videntur. Deleta exhibebunt ſenſum Heinſianum verbis, opinor, Ariſtotelicis expreſſum.

P. 7. l. 1. ἀνάγκη μιμεῖσθαι] Verbis iſtis, quæ ſcilicet libri manu exarati non agnoſcunt, et quæ auctoris ſenſum adeo non illuſtrant, ut eum peſſumdent, facile caruerimus. Sic enim refingendus eſt proculdubio totus hic locus: Ἐπεὶ δ' μιμοῦνται οἱ μιμούμενοι πράττοντας, ἀνάγκη δὲ τούτους, ἢ σπουδαίους, ἢ φαύλους εἶναι (τὰ γὰρ ἤθη σχεδὸν ἀεὶ τούτοις ἀκολουθεῖ μόνοις· Κακίᾳ γὰρ καὶ ἀρετῇ τὰ ἤθη διαφέρουσι πάντες) ἤτοι βελτίονας ἢ καθ' ἡμᾶς, ἢ χείρονας, Η ΚΑΙ ΤΟΙΟΥΤΟΥΣ (ὥσπερ οἱ γραφεῖς, Πολύγνωτος μὲν κρείττους, Παύσων δὲ χείρους, Διονύσιος δὲ ὁμοίους ἐῖκαζε) δῆλον, ὅτι τῶν λεχθεισῶν ἑκάστη μιμήσεων ἔξει ταύτας τὰς διαφορὰς, καὶ ΕΣΤΑΙ ἑτέρα κ. τ. ἑ. Ariſtotelem βελτίονας ἢ καθ' ἡμᾶς abſque interpoſito commate ſcripſiſſe patet tum ex eo, quod iidem mox βελτίονες τῶν νῦν appellantur, tum quod ἢ καθ' ἡμᾶς pro ἢ τοὺς καθ' ἡμᾶς, vel ἢ οἵους καθ' ἡμᾶς, vix ac ne quidem Græcum fuerit, uti et ipſummet Sylburgium, ejus conjectionis auctorem, ex ſubjecta annotatione odoratum fuiſſe videas. Male itidem, ut in hunc librum pleraque omnia, Sam. Petitus, qui vice τοῦ ἢ reponit ᾗ, adverſantibus Codd. MSS. atque ipſa recta ratione. Ceterum Victorii additamentum illud ἢ καὶ τοιούτους, quod e textu forte exuluerit, revocandum eſſe ſuadent, tum ea, quæ proxime inſequuntur, Διονύσιος δ' ὁμοίους, tum verſionis antiquæ auctoritas.

l. pe-

l. penult. Νικόχαρις] Comici hujus, qui Ariſtophani coætaneus fuerit, quemadmodum ex ejus Scholiaſte in Argumento ad Plutum colligere eſt, dramatum titulos ſuppeditat Fabric. B. Gr. T. I. p. 739. Cum vero apud Suidam, Athenæum, atque Etymologici M. auctorem, Nicochares appelletur, verum id ei nomen fuiſſe crediderim. Polluci x. 23. Nicocharmus audit; male.

Ibid. Δηλιάδα] Δήλιας· ἡ νοῦς Suid. nempe ἐν ᾗ εἰς Δῆλον ἐξῆλθον θεωροὶ, de qua adeas Platonis Phædonem p. 156. et in eum VV. cl. Forſterum et Gottleber. Sed feſtum hoc, quo nullum majori honore proſequebantur non tantum Græci, ſed et ex barbaris gentibus aliquæ, nemo certe εἰς τὸ χεῖρον repræſentare ſuſtinuiſſet. Ea propter labem hic non vulgari arte medicabilem ſubeſſe affirmavit Caſtelvetrius, Δηλιάδα reponens, quod dudum Sylburgio, ut nunc mihi (quamvis unius Mſpti auctoritate commendetur) ſeſe non probavit. Immo fortaſſe nihil emendato opus eſt, niſi pro Δηλιάδα legere malis Δηλίαν, cujus nominis fabulam, argumento licet nobis incomperto, docuiſſe Ariſtophanem patet ex Athenæo l. IX. et Meurſio in Catal. deperditarum Ariſtophanis Comœdiarum.

p. 8. l. 1. Πέρσας] Mutinenſis, qua fuit in libris emaculandis prurigine, invexit huc Ἀργᾶν quendam, μοχθηρῶν ἀσμάτων poëtam, ut ait Athenæus, et locum hunc ſic quodammodo ab Ariſtotele ſcriptum fuiſſe exiſtimat: ὥσπερ γὰρ Τέρπανδρος καὶ Φρύνις μιμοῦνται βελτίους, οὕτω καὶ Ἀργᾶς ὁμοίους, καὶ ὁ ποιήσας Κύκλωπας Τιμόθεος καὶ Φιλόξενος μιμήσαιτο ἄν. Benius etiam ὁ ποιήσας, vel ὁ πεποίηκε; quod et ſuos patitur manes.

Docet autem hic Ariſtoteles, ut commode advertit Nunneſius in Notis ſuis ad Procli Chreſtomathiam p. 69. hoc differre Nomos a Dithyrambis, quod

quod illis perſonas graves, his leves imitarentur; citatque teſtes Philoxenum et Timotheum in Cyclope et Perſis. Eum Nomon laudant Plutarchus in Philopœmene et Sudas, qui inſcriptum fuiſſe ait Πέρσας ἢ Ναύπλιον,, pro quo, juxta Fabric. B. Gr. p. 660. male Ναυτίλον habent Codices Athenæi.

l. 3. Κύκλωπας] Cum omnes, quotquot hujus dramatis meminere, ut Ariſtophanes in Pluto, Aelian. V. H. XII. 24. Zenobius V. 45. Proverb. et Tzetzes Chiliad. X. Hiſt. 358. necnon Chiliad. V. Hiſt. 23. pro κύκλωπες numero plurali habeant ſingulari κύκλωψ, forſan et hic etiam κυκλῶπα reponendum. Scilicet facilis error ex antecedente Πέρσας ortus; mutatio levicula.

Ibid. ἡ δὲ βελτίους] Locum hunc, utpote Crotoniate illo ſaniorem, fruſtra ſollicitavit Petitus. Quinam vero ſint illi βελτίους τῶν νῦν vel ἢ καθ' ἡμᾶς, quos imitatur Tragœdia, optime docet Etymologici M. auctor in ejus dramatis finitione: Τραγῳδία ἔστι βίων τε καὶ λόγων ΗΡΩΙΚΩΝ μίμησις. Hinc Lucian. de Saltat. τὴν τραγῳδίαν ἢ ἀπὸ τῶ ῥήματος ωεφότε (f. ωεφῶτον) καταμάθωμεν, οἵα ἐστίν, ὡς εἰδεχθὲς ἅμα καὶ φοβερὸν θέαμα, εἰς ΜΗΚΟΣ ΑΡΡΥΘΜΟΝ ἠσκημένος ἄνθρωπος, ἐμβάταις ὑψηλοῖς ἐποχούμενος, ωρόσωπον ὑωὲρ κεφαλῆς ἀνατεινόμενον ἐπικείμενος, καὶ σῶμα κεχηνὸς πάμμεγα, ὡς καταπίνεσθαι τὰς θεατάς· ἐῶ λέγειν ωροσεργίαν καὶ ωεριαιρεσίαν, ωεριθετικὴν καὶ ὑπερτεχνητικὴν παχύτητα ωεριποιούμενος, ὡς μὴ τοῦ μήκους ἡ ἀρρυθμία ἐν λεπτῷ μᾶλλον ἐλέγχοιτο· εἶτ' ἔνδοθεν αὐτὸς κεκραγὼς κ. λ. Et Philoſtrat. l. VI. p. 276. Vitæ Apollonii, de Aeſchylo loquens: ἐνθυμηθεὶς, ὡς ἐπάξιον τῇ τραγῳδίαν ποιεῖν φθέγγοιτο, ὡς ωεροφυᾶ τῷ μεγαλείῳ μᾶλλον, ἢ τῷ καταβεβλημένῳ, σκευοποιίας μὲν ἥψατο, εἰκασμένης τοῖς τῶν ΗΡΩΩΝ εἴδεσιν· ὑκείσαντο δὲ τὰς ὑποκειτὰς ἀνεβίβασεν, ὡς ἴσα ἐκείνης (quidni ἐκείνοις?) βαίνοιεν· ἐσθήμασι τε

πρῶτος ἐκοσμησεν, ἃ πρόσφορον ΗΡΩΣΙ ΤΕ ΚΑΙ ΗΡΩΙΣΙ ἁδῆναι.

p. 9. l. 1. πάντας ὡς πράττοντας] Immerito locum hunc mendi insimulavit Casaubonus, qui l. 1. de Satyra, c. 3. probante etiam Goulstono, πάντα ὡς πράττοντες omnino reponendum esse contendit. Si enim omnes in unaquaque dramatis parte agant, omnia protenus sint dramatica necesse fuerit; adeo ut Casaubono sua constabit interpretatio, nulla interim verborum facta immutatione.

l. ult. χωνίδι] Lege χιονίδι. Meminit hujus Comici, qui ab anonymo Scaligeri Olympiadum descriptore, vel Scaligero ipso, male, ut videtur, collocatur ad Olymp. LXXX. Vitruvius Præf. L. VI.

l. 2. χτ' κώμας] Tzetzes περὶ διαφόρων ποιητῶν MS..

Τὸ τραγικὸν μάνθανε καὶ κωμῳδίαν,
Ἄμφω πρὸς ὠφέλειαν εὕρηνται βίου,
Τὴν δ' εὕρεσιν μάνθανε, πῶς ἐφεύρεθη,
Πένητες ἄνδρες Ἀττικοὶ γῆς ἔργαται,
Ἀδικίας πάσχοντες ἐν γεωργίαις
Ἐξ Ἀττικῶν μὲ εὐγλυῶν ὃ πᾶ γένι,
Ἀντιλέγειν ὃ μὴ δένοντες μήδ' ὅλως,
Σωτερὸν ἐξεύραντο τ' νυκτὸς χρόνον,
ΚΩΜΑΙΣ γὸ αὐτοὶ ταῖς στενώπαις πειόδοις
ΚΩΜΑ καθ' αὐτὸ, καὶ γλυκὺν ὕπνον χρόνον
Πρεσπρέχοντες καὶ λέγοντες τὰς βλάβας,
Θόρυβον εἰργάσαντο ΤΟΙΣ ΠΕΡΙΞ μέγαν,
Ὡς ἡλίου τρέχοντος ἡμέρας δρόμον,
Ζητεῖν ἑρευνᾶν παντα χῆ τὸς αἰτίους·

Καὶ

Καὶ τὸς γεωργὸς τὸς παθόντας τὰς βλάβας·
Ἐπεὶ δ' ἐφευρέθησαν οἱ γῆς ἔρχαθ),
Ἦτησαν αὐτὸς ἀπλικὴ χερσία
ΚΩΜΟΙΣ παρ' αὐτοῖς ϗ πότοις Διονύσου
Τελεμένοις, ΚΩΜΑΙΣ (ſupple τε) ϗ τοῖς χωείοις
Βλάβας καλειπεῖν ἃς ἔλεξαν ἐννυχῶς.

Quocum fere concinit Dioſcorides, Epigram. XVI. p. 497. ed. cl. Brunck,

Θέσπις ἐγὼ τραγικὼ ὃς ἀνέπλασα πρῶτος ἀοιδὴν
ΚΩΜΗΤΑΙΣ νεαρὰς κισσοτομῶν χάριτας κ. λ.

et epigram. XVII.

Θέσπιδος εὕρεμα τοῦτο. τὰ δ' ΑΓΡΟΙΩΤΙΝ ΑΝΥΛΑΝ
Παίγνια, ϗ ΚΩΜΟΥΣ τοὺς ἀτελεστέρους
Αἰσχύλος ἐξύψωσεν ——

l. 6. πρωταγορεύειν] "Difficilior eſt paullo hujuſce loci conſtructio; ſic igitur legendum proponimus: ποιούμενοι τὰ ὀνόματα σημεῖον· οὗτοι μὲν γὰρ κώμας τὰς πρωϊνικίδας καλεῖν φασιν, ΑΘΗΝΑΙΟΥΣ δ' δήμους — ϗ τὸ ποιεῖν ΑΥΤΟΥΣ μὲν δρᾶν, Ἀθηναίους δ' πράττειν πρωταγορεύειν." Hæc Editor Oxonienſis minor. Sed nihil temere immutandum. Quippe ſimilis anacoluthiæ exempla affatim ſuppeditabunt optimi ſcriptores, maxime vero Attici; ut Aelian. V. H. l. II. c. 11. ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΙΔΩΝ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν τριάκοντα τοὺς ἐνδόξους ἀναιρουμένους, καὶ βαρύτατα τοὺς πλουτοῦντας ὑπὸ τῶν τυράννων ἐπιβουλευομένους Ἀντισθένει φασὶ ΠΕΡΙΤΥΧΟΝΤΑ ΕΙΠΕΙΝ.

p. 10. l. 9. γυνῆσιν ποιητικὴν] Dimittit hic Philoſ. Athenienſium et Dorienſium diſcordiam de Tragœ-

diæ et Comœdiæ ortu, idque vel quia levioribus conjecturis uterentur, vel quia non de toto genere, ut par erat, ſeu de Poëſi tum in univerſum, tum pro ſingulis formis ac partibus diſputarent. Sed tamen ita dimittit controverſiam, ut ipſe ad veras ac germanas poëſeos cauſas, (nempe imitationis et harmoniæ ſtudium, quemadmodum recte eas ſtatuit Dacerius,) ortum et incrementa inveſtiganda ſe referat. Sunt igitur ea verba κ᾽ τοῦτο uſque ad κ᾽ φύσιν ὄντ᾽ ἡμῖν τὸ μιμεῖσθ᾽ tanquam uncinis claudenda; neque enim ſecundam Poëſeos cauſam effectricem exhibent, ſed confirmant tantum hominibus innatum id eſſe ut a pueris imitentur, atque eæ rationi explicandæ inſerviunt. Sequitur deinde ſecunda illa cauſa καὶ τ᾽ ἁρμονίας κ᾽ ῥύθμου, ſupple κατὰ φύσιν ὄντων.

p. 11. l. 9. ἃ δ᾽ μίμημα] Vict. pro ἃ δ᾽ μίμημα legendum contendit ἃ κ᾽ μίμημα, uti habent Ald. et Cod. Reg. 1741. Sed utrum horum præferendum ſit, vix quiſquam dixerit.

p. 12. l. 3. τοιέτων τύχας] Lectioni Victorianæ, cujus in notis fit mentio, adſtipulantur Medicei omnes, atque eadem editio princeps Aldina. Per me igitur licet, ut vox τύχας inter gloſſemata, quibus ſcatet hic libellus, recenſeatur.

l. 8. κ᾽ τὸ ἁρμότ̃ον] Cod. Reg. 1741. pro κ᾽ τὸ ἁρμότ̃ον exhibet κ᾽ τὸ ἁρμότ̃ον. Quod perinde eſt.

l. ult. γενομένης] Caſtelvet. reſcribendum eſſe cenſet γιγνομένη atque αὐτοσχεδιαστικὴ recto caſu; quod etiam conſtabilit M. 16. Sed quidni potius dicamus ἀναγκάλεστον hoc eſſe, quod ut diligentiſſimo cuique ſcriptori, ita Ariſtoteli perquam familiare.

p. 14. l. 2. ἐξαρχόντων] Mad. ἐξασκόντων. Inſcitia Græciſmi. Archiloch. apud Athenæum. p. 628.

Ὡς

Ὡς Διονύσῳ ἄνακτι καλὸν ΕΞΑΡΞΑΙ ΜΕΛΟΣ
Οἶδα ΔΙΘΥΡΑΜΒΟΝ, οἴνῳ συγκιρναμενωθεὶς φρένας.

Greg. Naz. ἐκείνην ᾠδήν, ἣν τότε ἦσεν ὁ Ισραὴλ τοῖς Αἰγυπτίοις, ΕΞΑΡΧΟΥΣΗΣ Μαρίας, et Xenoph. III. Cyripæd. ἐπεὶ δὲ πάλιν ἦκε τὸ σύνθημα ἀνταποδιδόμενον, ΕΞΗΡΧΕΝ ὧν Διοσκόροις ΠΑΙΑΝΑ ΤΟΝ ΝΟΜΙΖΟΜΕΝΟΝ.

l. 5. αὐτῆς] Pro αὐτῆς reponendum esse crediderim αὐτοῖς, ne minimâ quidem pronuntiationis, cujus certe aliquid apud exscriptores, viros scilicet parum eruditos, momentum esse debuerit, facta immutatione. Confer nos ad p. 2. l. 1.

p. 15. l. 8. ἐξάμετρα] Utrum pro ἐξάμετρα legendum sit πεντάμετρα, necne, peritiorum esto judicium. Ceterum mox, cum omnes Medicei has voces ἐφεὶ μὴν ἔν τούτων τοιαῦτα omittant, locum integrum sic audacter restituo: Ἔτι δὴ ἐπεισοδίων πλήθη καὶ τὰ ἄλλα ὡς ἔχαστα, ἃ κοσμηθῆναι λέγεῖ, ἔστω ἡμῖν εἰρημένα. Πολὺ κ. τ. ἑ.

Porro emendandus hic in transitu noster, Rhet. III. c. 4. p. 129. ed. Sylb. Τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς καὶ λεκτικὸς (l. ὲ λεκτικὸς) καὶ ἁρμονίας δεόμενος. Demet. Phal. Περὶ Ἑρμην. p. 33. ed. Gale: ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς καὶ ΟΥ ΛΟΓΙΚΟΣ, οὐδὲ ἔρρυθμος, ἀλλ' ἀνάρυθμος, ὥσπερ ὁ τοιόσδε Ἥκειν ἡμῶν εἰς τὴν χώραν, ἡ γὰρ πυκνότης τῶν μακρῶν ὑπερπίπτει τὸ λογικὸν μέτρον.

P. 16. l. 4. οἱ λεγόμενοι αὐτῆς] Speciosissima est Castelvetrii emendatio, quam tamen in margine prætermisit Duvallius, rescribentis ὀλίγοι μὲν οἱ αὐτῆς. Firmant eam tum præcedentia ἤδη δὲ σχήματά τινα, tum ipsius vocis λεγόμενος indoles, quæ in illo sensu, quem ei tribuit Goulstonus, apud nullum omnino, ut ne dicam probatum auctorem, metris non ligatum, occurrit.

l. 7. Φόρμις] Suidæ et Athenæo Φίρμις; apud Themistium Ἄφορμος. Sed nostram lectionem adstruit Pausanias in Eliacis prioribus, quam ideo, ut germanam

manam tuetur Bentleius V. Cl. p. 201. Apologiæ Diſſertationis de Epiſtolis Phalaridis.

l. 11 μετὰ λόγου] Ablegandas eſſe has voces, ut inutiles et aliunde advectas cenſuit Goulſtonus. Tu vero cave facias. Fabulam enim ſive λόγον aut μῦθον qualemcumque utrique Poëſi, nempe Tragœdiæ atque Epopoëiæ communem eſſe nemo certe inficias ibit. At vocem λόγον pro fabulâ accipi tradit etiam Euſtathius, unde Æſopus ille λογοποιὸς i. e. μυθογράφος dicitur. Suid. Λόγος. καὶ ἡ ὑπόθεσις. ἀριστοφάνης

——— Εὐριπίδη
ΛΟΓΟΝ πάρεφθις καὶ τραγῳδία γένη.

Cf. Cl. Wyttenbach in Plut. de S. N. V. p. 83.

P. 18. l. 3. δρώντων] Reſcribendum eſt: δρώντων καὶ ἀ δι' ἀπαγγελίας, δι' ἐλέου καὶ φόβου περαίνουσα τὴν τῶν τοιούτων παθημάτων κάθαρσιν; quæ lectio, quin ab Ariſtotelis manu fluxerit, nullus dubito, ſiquidem conjunctionem ἀλλὰ nec Codd. manu exarati, neque ipſa rerum ratio admittant. Nullam enim inter φόβον et ἀπαγγελίαν oppoſitionem intercedere jamdudum viderunt interpretes atque illorum coryphæus Leſſing, Hamburg. Dramaturgie Tom. II. p. 196. ſqq. Immo vocem hanc olim in verſione ſua omiſerat Dacerius, cujus interpretationem hic ſubjecimus: d'une action, qui ſans le ſecours de la narration par le moyen de la compaſſion et de la terreur, &c. Caſtelvet. ἀλλὰ, oltre à ciò, inſuper, contra omnem Graccæ linguae analogiam.

l. 5. τοιούτων] Scipio Maffeus V. Cl. in præfatione ad Meropen ſuam, Tuſco idiomate conſcriptum drama, vocem τοιούτων hic textum irrepſiſſe & gloſſema redolere affirmat, codicibus tamen manu exaratis et Cl. Leſſing, in l. ſupra laudato, refragantibus.

l. 6.

l. 6. καὶ μέλος] Legendum proculdubio, ut adnotant Victorius, Caſtelvetrius et Goulſtonus καὶ μέτρον. Eſt enim τὸ μέτρον unum τῶν εἰδῶν, quæ poſtea enumerat. Quod uero τῷ περαίνειν caſu dativo legit Victor. id nullo modo probandum. ANON.

l. antepen. ἔχει πᾶσαν] Reponendum eſt omnino πᾶσιν pro πᾶσαν, quod ante Heinſium vidit Madius et in verſione ſua expreſſit Riccobonus, ſic: "quod "manifeſtam *omnibus* vim habet."

P. 19. l. 5. μῦθον τοῦτον] Immerito hunc locum mendi inſimulavit Madius, qui pro τοῦτον reſcribendum eſſe contendit τούτων vel τοῦτο; cui lectioni Victorius quoque adſtripulatur. Sed fallitur uterque. Voci enim μῦθος plures ſubjectae ſunt notiones, ut verbi, ſeditionis, et præcipue per eam intelligitur, juxta Heſych. λόγος κενὸς ψεύδους, εἰκονίζων τὴν ἀλήθειαν, ut Plat. in Gorg. p. 312. Ἄκουε δὲ μάλα καλοῦ λόγου, ὃν σὺ μὲν ἡγήσῃ, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ΜΥΘΟΝ, ἐγὼ δὲ λόγον, et Orig. contra Cels. L. I. p. 330. Ἰδιῶται μύθοις ἀκούσαντες, ὧν τοὺς λόγους οὐκ ἐπίστανται, μέγα ἐπ' αὐτοῖς φρονοῦσιν. Sed μῦθος ille de quo hic agitur, nempe Tragicus, συσάσις ἐστι πραγμάτων, non ψευδέων, ut reliqui, ſed eorum, quæ heroum alicui, ut Oedipo, Oreſti, aliis, dum viverent, revera acciderunt. Hinc illud μῦθον τοῦτον, quo melius a ceteris diſcerni poſſet.

l. ult. οὐκ ὀλίγοι αὐτῶν] Non omnes iis uſos eſſe ideo fortaſſe dixerit Philoſophus, quod nonnullorum, ἀληθεῖς εἰσὶ πραγῳδίαι, alii contra πρότερον δύνανται τῇ λέξει καὶ τοῖς ἤθεσιν ἀκειδῶν, ἢ τὰ πράγματα συνίσασι. Sed totus hic locus, utpote vitio multiplici laborans, ejuſmodi eſt, ut nec ſenſum aliquem commodum ipſe præbeat, neque ex Codicum varietate aut Conjectura a nobis ſublevari poſſit.

P. 20. l. 1. ὄψιν ἔχει πᾶν] Ita editiones pleraeque; niſi quod Baſ. et Camot. καὶ γὰρ ὄψις, quod ſane nullo modo ferendum. Sed nec illud alterum, nihil eſt enim

enim ad quod illud πᾶν referendum eſt: ſi enim ſubintelligenda eſt vox Tragœdia, πᾶσα dixiſſet, ſi τραγῳδοποιὸς, vox πᾶς requirenda eſſet. Atqui harum neutra cum ſenſu loci cohæret. Dixerat enim τούτοις οὐκ ὀλίγοι—κέχρηνται, quaſi eſſent, qui non uterentur. Ergo non utuntur omnes. Legendum itaque videtur κέχρηνται τοῖς εἴδεσι πᾶσι et poſtea ἔχουσι pro ἔχει.

Hæc ANON. emendatione quidem ſi ſenſum reſpicias, non incommoda, ſed ſcriptionis aut pronunciationis habita ratione, parum veriſimili. Quidni potius legeris, mutatione levicula: τούτοις μὲν οὖν ὀλίγοι αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, κέχρηνται τοῖς εἴδεσι· καὶ γὰρ ὄψιν ΟΥΚ ἔχει πᾶν (ſub. δρᾶμα) καὶ ἦθος καὶ μῦθον καὶ λέξιν καὶ διάνοιαν ὡσαύτως, h. e. Pauci his omnibus, *velut* formis, ut ita dicam, uſi ſunt. Neque enim unicuique ita felici eſſe contingit, ut omnes numeros expleat, atque pariter (ὡσαύτως) in moribus, conſtitutione rerum, dictione, &c. elaborandis præſtet.

Quod vero pro αὐτῶν reſtituendum eſſe ποιητῶν, Caſtelvetrium, exiſtimaverit Goulſtonus, nihili eſt, ſiquidem verba, ut nunc ſe habent, eumdem ſenſum exprimant.

p. 20. l. 4. πράξεων] Victorius contendit legendum eſſe πράξεως, cui etiam ſuffragatur Verſio antiqua, quoniam ſcilicet Tragœdia circa unam tantummodo actionem verſatur. Sed de Tragœdia generatim ſumta hic loqui Philoſophum recte notavit ANON. ut infra p. 36, 2. ἡ γὰρ τοιαύτη ἀναγνώρισις ἢ ἔλεον ἔξει ἢ φόβον, οἵων ΠΡΑΞΕΩΝ ἡ Τραγῳδία ΜΙΜΗΣΙΣ ὑπόκειται.

ibid. l. 6. καὶ γὰρ ἡ εὐδαιμονία ἐν πράξει ἐστι] Admonuit Caſtelvetrius deeſſe καὶ ἡ κακοδαιμονία, quam lectionem et libri manu exarati confirmant. Sed nihil mutato opus. Noſter Rh. I. c. 5. ἔστω δὲ εὐδαιμονία εὐπραξία μετ' ἀρετῆς. Nec non Solon apud eumdem Eth. Nicom. X. Σόλων δὲ τὸς εὐδαίμονας ἴσως ἀποφαίνετο καλῶς εἰπὼν, μετείως

τείως τοῖς ἐκ̃ὸς κεχορηγημένοις, ΠΕΠΡΑΓΟΤΑΣ δὲ τὰ κάλλιστα, ὡς ὥετο (l. ὡς οἴοντε) καὶ βεβιωκότας σωφρόνως. Similiter Hippod. Thur. ed. Gale, p. 3. ἀ μὲν εὐδαιμονία τελειότας ἐντὶ βίω ἀνθρωπίνω. ὁ δὲ βίος ὁ ἀνθρώπινος ΣΥΣΤΑΜΑ ΤΩΝ ΠΡΑΞΙΩΝ· ἀ δ' εὐδαιμονία ΣΥΜΠΕΡΑΙΝΟΥΣΑ ΤΑΣ ΠΡΑΞΙΑΣ. Et Archyt. Pythagor. ibid p. 19. ἀ δ' εὐδαιμοσύνα ΧΡΑΣΙΣ ΑΡΕΤΑΣ ἐν εὐτυχίᾳ. Qui loci huic fere gemini.

l. ult. ἄνευ μ̃] Reſcribendum eſt proculdubio ἐπ ἄνευ μ̃ πεάξεως, quam lectionem ſecutus eſt Valla et in Codicibus ſuis inventam probarunt Mad. et Victorius. Nam cum Philoſophus intuliſſet Fabulam Tragœdiæ finem eſſe, ſtatim ſubjunxit τὸ δὲ τέλος μέγιστον ἁπάντων, quod probatione non eget; omnes enim finem maximum eſſe eorum, quæ ipſum antecedunt, fatentur. Si igitur verba græca ut nunc in vulgatis editionibus reperiuntur, legantur, probabit id Ariſtoteles, quod eſt manifeſtum, quodque nulla indiget probatione; ægreque probatio illa illi parti poterit accommodari, qua dicitur, "finem eſſe omnium maximum."

P. 21. l. 5. ἀγαθῶν] In omnibus MSS. ἀγαθὸς, ſed recepta lectio potior videtur, tum quod alio loco Philoſophus dixit de eodem Pictore ὅτι κρείττως εἴκαζε, tum ob μονοτονίαν evitandam. Editor Oxonienſis minor. Recte. Scilicet Heroas majoris, quam deinde fuerunt, ſtaturæ finxit; in divinis quoque ac ethicis artem ſuam exercuit. Ælian. V. H. IV. c 3. Πολύγνωτος ὁ Θάσιος καὶ Διονύσιος ὁ Κολοφώνιος γεαφέε ἤσην. καὶ ὁ μὲν Πολύγνωτος ἔγεαφε ΤΑ ΜΕΓΑΛΑ καὶ ἐν ΤΟΙΣ ΤΕΛΕΙΟΙΣ εἰεγάζετο τὰ ἄθλα, τὰ δὲ τοῦ Διονυσίου, πλὴν τοῦ μεγέθεος ἢ τοῦ Πολυγνώτου τέχνην ἐμιμεῖτο εἰς τ' ἀκρίβειαν ΠΑΘΟΣ καὶ ΗΘΟΣ, καὶ σχημάτων χρῆσιν ἱματίων λειοτόητας καὶ τὰ λοιπά. Ubi per τελείοις juſtæ ſtaturæ homines intelligi commode ad h. l. notavit Perizonius.

l. 5. ἐ πιθόσει] Lectionem receptam firmat Codd.

Medd. omnium auctoritas. Abeſt tamen negativa ἃ à verſione antiqua. Perperam, quicquid contra ſtatuerit Victorius.

p. 23. l. 6. καὶ ἐντοεικῆς] Voces has gloſſema quoddam extitiſſe margini adſcriptum, ſed ob incuriam Librarii poſtmodum in contextum tranſlatum immerito ſuſpicatur Madius. Quippe reſpondet hic ἐντοεικὴ voci τα ἁρμόττοντα antea poſitæ. In Tragœdia enim, juxta Philoſophum, SENTENTIA tertium occupat locum. Id autem eſt, dicere poſſe ea omnia, quæ rei, qua de agitur, inſunt et conveniunt. Quod quidem circa orationes perficere, et Politicæ ſcientiæ munus eſt et facultatis Rhetoricæ. Nam vetuſtiſſimi tum oratores, tum poëtæ πολιτικῶς, i. e. ut communis fert conſuetudo atque ad rem propoſitam, τὰ ἐνόντα τῷ πράγματι, locuti ſunt. Qui vero nunc, inquit, vivunt oratores, utpote qui intima præcepta artis hauſerint, laxatis eloquentiæ habenis τὰ ἁρμόττοντα τῷ πράγματι, ex communibus locis derivata, quæ tamen ad rem quodammodo attinere videntur, ut auditorum animos pervertant, orationibus admiſcent, quod profecto ἐντοεικῆς ἔργον ἐστίν. Cf. ipſum magiſtrum, Rh. L. 1. c. 1.

l. ult. ἦθος] Victoriana lectio, quam etiam exhibet Codex Diegi de Mendoza, teſte in h. l. Madio, uti et Medicei tres, calamo exarati, necnon Verſio antiqua, aperta quidem, ſed redundans: recepta valde perplexa eſt. Credit igitur Madius, qui et nos conſentientes habet, in utrâque mendum reperiri; in vulgatâ ſcilicet eſſe verborum tranſpoſitionem; in altera idem bis inutiliter interjectum. Refingendus eſt igitur proculdubio hic locus, ſic: Ἔστι δὲ ἦθος μὲν τὸ τοιοῦτον, ὃ δηλοῖ τ προαίρεσιν ὁπωσί πς ἐστίν. διόπερ οὐκ ἔχουσιν ἦθος ἔνιοι τ λόγων, ἐν οἷς οὐκ ἔστ δῆλον ΜΗΔΟΛΩΣ ΕΙ προαιρεῖται ἢ φεύγει ὁ λέγων.

p. 24. l. 4. λόγων ἡ λέξις] Victor. arbitratur collocatum

catum fuiſſe hic τ̃ λόγων, ut diſtingueret hanc a partibus, quæ λόγοι non ſunt, cujuſmodi ſunt reliquæ duæ, i. e. cantus et apparatus. Nam quin ſuperiores tres, quamvis id non expreſſerit, λόγοι ſint, dubitari non poteſt. Interſtinguendum igitur contendit τέταρτον δὲ τ̃ μὲ λογων, ἡ λέξις, neque enim exiſtimare poteſt, quid valeat ἡ λέξις τ̃ λόγων. Mihi vero nihil quidquam aliud ſignificare videtur λόγος, quam *verba*, aut *orationem*, ut Suid. φωνὴ σημαντικὴ ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένη, et noſter infra, p. 67, 6. φωνὴ συνθετὴ σημαντική, ἧς ἔνια μέρη σημαίνει τι. Per λέξιν autem nonniſi recitationem atque elocutionem intelligi crediderim. Rhet. III. init. ὥσει δὲ τ̃ λέξεως ἐχόμενον ἐστιν εἰπεῖν, ἃ γὰρ ἀπόχρη τὸ ἔχειν ἃ δεῖ λέγειν, ἀλλ' ἀνάγκη καὶ ταῦτα ὡς ΔΕΙ ΕΙΠΕΙΝ. οἱ γὰρ γραφόμενοι ΛΟΓΟΙ μεῖζον ἰσχύουσιν διὰ ΤΗΝ ΛΕΞΙΝ, ἢ διὰ την διάνοιαν. Et p. 15, 3. hujuſce libelli: τὸ μὲ πρῶτον τεταμένῳ ἐχρῶντο διὰ τὸ σατυρικὸν καὶ ὀρχηστικωτέραν εἶ) τ̃ πόησιν. ΛΕΞΕΩΣ δὲ γενομένης αὐτὴ ἡ φυσις τὸ οἰκεῖον μέτρων εὗρε· μάλιστα γὰρ λεκτικὸν τ̃ μέτρων τὸ ἰαμβεῖόν ἐστι. σημεῖον δὲ τούτου· πλεῖστα γὰρ ἰαμβεῖα ΛΕΓΟΜΕΝ ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς ἀλλήλους. Nec non rurſum, p. 63, 4. τ̃ δὲ περὶ ΤΗΝ ΛΕΞΙΝ ἓν μὲν ἐστιν εἶδος θεωρίας, τὰ σχήματα τ̃ λέξεως, ἃ ἐστιν εἰδέναι ΤΗΣ ΥΠΟΚΡΙΤΙΚΗΣ, οἷον τί ἐντολὴ κ. λ.

ibid. l. 9. πέντε] Mad. et Victor. πέμπτον, quam lectionem conſtabilit etiam Cod. M. 14. manu exſcriptus. Sed retinenda eſt, me judice, vulgata lectio, ut conſtructio ſit τ̃ δὲ λοιπῶν πέντε (ſcil. ἡδυσμάτων) ἡ μελοποιία μέγιστον. Præmiſerat enim Philoſophus in hac anacephalæoſi τὸν μῦθον, utpote ſine qua οὐκ ἂν γένοιτο τραγῳδία, ἀρχὴν eſſe καὶ οἷον ψυχὴν iſtius dramatis. Cæteras igitur partes numero quinque nonniſi ἡδύσματα quædam et condimenta eſſe liquet: horum vero maximum condimentum jure μελοποιία appellatur.

Sunt autem τὰ περὶ λόγων ἡδύσματα, ea quæ orationi ſaporem quendam et ſuavitatem conciliant, ducta ex re unguentaria vel coquinaria metaphora. Sic et Plinius notat rationem conficiendi unguenti duplicem, ſuccum et corpus; illum olei generibus fere conſtare, hoc odorum; hæc ſtymmata, illa hedyſmata vocari. Galen. Gloſſ. Hippocrat. ἡδυντὴν πόσιν· ἢ ἠρωματισμένην· ἕψεται δὲ ὕδατι καὶ ἀρώμασι (f. ἀρώμασι). ἡδωτὴν σταφ. τὸ ἐν ὕδατι καὶ ἄρωμασι (l.—μασι) ἑψηθέν, καὶ γὰρ τὰ ἀρώματα ἡδύσματα. Hinc etiam, teſte Jul. Polluce, Onom. L. VI. ἐκαλοῦντο καὶ οἱ ἅλες ἡδωτῆρες ἀπὸ τοῦ ἡδύνειν, τοῦτ' ἀρτύειν.

p. 25. l. 10. ἢ ὡς ἐπιτοπολὺ] Quia finis quidam eſt neceſſarius, alius non neceſſarius. Non neceſſarius accidit plerumque aut raro. Neceſſarius finis eſt poſt ortum, mors animalis. Non neceſſarius plerumque, ut, poſt jacta fundamenta et erectos parietes, imponatur tectum; non neceſſarius raro, ut aliquis poſt repulſam amatæ puellæ amans laqueo collum ſibi frangat.

Hæc ideo admonui, ne quis has voces, ut nos olim, delendas eſſe credat.

ibid. l. 11. Μέσον δὲ καὶ] Victor. ὃ καὶ, quam additionem, ſenſui omnino neceſſariam, confirmat etiam Verſionis antiquæ non contemnenda auctoritas.

p. 26. l. 5. μυρίων] Pro μυρίων hic reponendum ſuſpicatur Caſtelvetrius μ΄. h. e. 40. σταδίων. Sed utrum horum accipias, quoad loci ſenſum perinde eſt.

ibid. penult. εἰ γὰρ ἔδει ἑκατὸν] Mihi impenſe placet ejuſdem Interpretis conjectura εἰ γὰρ ἔδει (ſcil. τῷ ὁρᾷ) ΕΝΕΚΑ ΤΟΥ τραγῳδίας ἀγωνίζεσθαι, quâ profecto nihil excogitari poteſt elegantius, ut ſenſus ſit is, quem in verſione ſua expreſſit Riccobonus: "Si enim termino hiſtrionibus opus eſſet ad Tragœdias recitandas, numeri Tragœdiarum ratione habita,

ſuum

ſuum cuique temporis ſpatium definiant Clepſydræ." Sed expectandi Codices.

Clepſydris autem infundebant parum multumve aquæ pro ratione temporis, quo quem vel dicere vel facere quidquam permitterent. Ejus rei veſtigium habes in oratione Juliani, qua in Cæſares luſit. Nam cum Mercurio videretur e re fore, ut ſigillatim pro ſe diceret quiſque; Apollo vero cenſeret ex ipſa re potius, quam e dicendi arte judicium fieri oportere; Jupiter denique utrique obſecuturus concilium vellet in longum trahi: Nihil vetat, inquit, quin et dicere illis permittamus μικρὰ τῆ ὕδατος ἐπιμετρήσαντας ἡμᾶς. Et poſtea: Ἐπεὶ δ' εἴρητο καὶ τοῦτο στρατιωτικώτερος λόγος ἐπὶ τὸν Ὀκταβιανὸν ἡ ὑδρία ἔφερεν τῆ Ποσειδῶνος διερῶπον ἐπιμετρεῖν αὐτῷ τῆ ὕδατος ΕΛΑΣΣΟΝ ΔΙΑ ΤΟΝ ΚΑΙΡΟΝ. κ. λ.

Cæterum de voce ἀγωνίζειν cf. ſummum Valckenaer in Adnotat. ad Adoniazus. Theocrit. p. 390.

p. 27. l. 2. πράγματος] Obſervat Madius in aliquibus codicibus (in margine tamen, nec eadem manu, qua liber eſt ſcriptus) reperiri δράματος loco verbi πράγματος, quam lectionem etiam Pacius ſequitur. Utramque autem ſervari poſſe, aptiorem tamen eſſe, ſi dicat δράματος.

Ibid. penult. τω γένι] Victorius τῷ γ' ἐνί, ex conjectura. Invenit autem poſtea, Var. Lect. L. xxx. c. 111. Ariſtotelem eodem pacto locutum, cum idem ſignificare vellet: in 2°. enim libro Naturalis Auſcultationis, ubi de duobus magnopere inter ſe diverſis generibus cauſarum differit, inquit: τὸ μὲν καθ' αὑτὸ αἴτιον ὡρισμένον, τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀόριστον: ἄπειρα γὰρ ἂν τῷ ἑνὶ συμβαίη. Non eſt igitur, inquit, dubitandum, quin vera ſit hujus loci emendatio, prius miſerum in modum depravati.

p. 28. l. ult. ἀλλὰ ἃ — συνέσησαν] Victorius ſupra laudatus: ἀλλὰ — συνέσησεν, ut ſenſus ſit; *verum circa unum*

unam actionem, qualem dicimus Odyſſeam, manſit: codicibus tamen manu exſcriptis refragantibus. Cæterum Attici non infrequenter neutro plurali addunt verbum plurale, ut Xenoph. Apomn. IV. 3. 12. ἀφ' μαντικῆς τοῖς πυνθανομένοις φράζοντας τὰ ἀποβήσομενα καὶ διδάσκοντας, ἢ ἂν ἄειστα γίγνοιντο. Hom. E. 205.

——— ἐς Ἴλιον εἰλήλυθα
Τόξοισιν πίσυνος τὰ δ' μ' οὐκ ἄρ' ἔμελλον ὀνήσειν.

Idem, Λ. 310.

——— ἀμήχανα ἔργα γένοντο:

Ubi Scholiaſtes: Ἀρχαϊκώτερον συντέτακται· καὶ πολύ ἐστι παρ' αὐτῷ τὸ εἶδος. Ἡ μέντοι συνήθεια τοῖς πληθυντικοῖς δευτέροις ἑνικὰ συντάσσει ῥήματα. Plura hujuſce conſtructionis exempla, ad tædium uſque, ſuppeditabunt Jenſius ad Lucian. Gymnaſ. c. 20. p. 900. T. II. Dorvil. ad Chariton. p. 578. nec non Fiſcher, V. cl. in Animadv. ſuper Gram. Gr. Welleri, p. 306.

Ibid. λέγοιμι] Exemplaria M. XIV. 16. 21. λέγοιμι, optativo, ut loquuntur, modo. Recte.

p. 26. l. 6. ἀφαιρεῖσ] Corruptus eſt omnino hic locus. Videndum igitur annon ſcribendum fuerit δεῖν ἀφαιρεῖσ, aut ſaltem ἀφαιρεῖσθαι; ut ſententia ſit: ſic et in hâc arte oportet Fabulam, (quoniam eſt Actionis imitatio) et unius eſſe et hujus totius, et partes rerum ſic cohærentes conſtitui, ut ſi qua tranſpoſita vel ablata fuerit, *auferri* ſimul debeat et moveri totum. Solennem eſſe inter ε et αι mutationem, ex pronunciationis ſimilitudine ortam, notarunt paſſim viri docti.

Ibid. l. 7. ὃ δ' προσὸν ἢ μή] Lectioni Victorianæ ſuffragantur cum Libri Medicei tres, tum verſio antiqua. Sic igitur omnino refingendus eſt hic locus: ὃ δ' προσὸν ἢ μὴ προσὸν μηδὲν ποιεῖ ἐπίδηλον, οὐδὲν μόριον (vel juxta M. XIV. ὡς οὐδὲν μ.) τοῦ ὅλου ἐστίν. Recte au-

autem, ut in vulgatis habetur, poſt ἐπίδηλον diſtingui ſatis probat τὸ ἐπὶ, quaſi diceret, μηδὲν ποιεῖ δῆλον ἐπὶ τῇ μίμησει.

p. 31. l. 5. ἐπιπθέασι] Victorius ὑποτιθέασι. Atque ita proculdubio ſcriptum erat in exemplari, quo uſus eſt verſionis antiquæ auctor. Sed noſtram lectionem firmat præcedens ἐπιπθεμένη, et eam in loco vertendo ſecutus eſt ipſe Victorius. Mire huc facit incerti auctoris (de quo videſis Fabric. B. Gr. T. I. p. 676, 678. 708. 712.) ἀποσπασμάτιον quoddam ex dramate, cui nomen Ποίκσις;

——Μακάριόν ἐσιν ἡ Τραγῳδία
Πόίημα κατὰ παν[illegible]. εἴγε πρῶτον οἱ λόγοι
Ὑπὸ τ̃ θεατῶν εἰσιν ἐγνωρισμένοι
Πεὶν κ̀ τιν' εἰπεῖν, ὡς ὑπομνῆσαι μόνον
Δεῖ τὸν ποιητήν· Οἰδίπουν γὸ ἄν γε φῶ,
Τὰ δ' ἄλλα πάν[illegible] ἴσασιν. ὁ πατὴρ Λάϊος,
Μήτηρ Ἰοκάση, θυγατέρες, παῖδες, τίνες.
Τί πεῖσεθ' ὅτ⊙, τί πεποίηκεν——
Ἡμῖν ὃ ταῦτ' ὰκ ἔσιν, ἀλλὰ πάντα δεῖ
ΕΥΡΕΙΝ ΟΝΟΜΑΤΑ ΚΑΙΝΑ, τὰ διωκημένα
Πρότερον, τὰ νῦν παρόντα, τὴν καταστροφὴν,
Τὴν ἐσοδον. ἂν ἕν τι τούτων ἐξαλίπῃ,
ΧΡΕΜΗΣ τις, ἢ ΦΕΙΔΩΝ τις ἐκσυείσεται,
Πωλεῖ ὃ ταῦτ' ἔξεσι κ̀ Τεύκρῳ ποιεῖν.

Quænam vero ſint τὰ τύχοντα ὀνόματα optime explicabit Donatus ſive Evanthius De Comœdia.

p. 32. l. 8. Των δε απ.] Caſtelvetrius emendat ἁπλῶς ὃ τῶν μύθων. Temerè.

p. 33. l. 2. κ̀ μᾶλλον] Furcâ certe expellendæ ſunt hæ voces, ne in poſterum recurrant, et ſic legendus eſt hic locus: Επεὶ ὃ οὐ μόνον τελείας ἐσὶ πράξεως ἡ μίμησις, ἀλλὰ κ̀ φοβερῶν κ̀ ἐλεεινῶν, ταῦτα ὃ γίνεται μάλισα τοιαῦτα (ſcil. φοβερὰ κ̀ ἐλεεινὰ) ὅταν γένηται παρὰ τ̃ δόξαν δι' ἄλληλα κ. τ. ἑ. Quod vero Heinſius pro τοιαῦτα reſti-

reſtituendum eſſe θαυμαστὰ crediderit, id plane ridiculum atque Ariſtotele omnino indignum. Ταυτολόγε enim mulierculæ, non Philoſophorum principis eſſet dixiſſe: θαυμαστὰ δ' γίνεται μάλιστα τοιαῦτα —— τὸ γὰρ θαυμαστὸν ὅπως ἔξει μᾶλλον. Mecum in hâc re ſentit ANON.

Porro ſeriem verborum ita legendam eſſe et caſtigandam cenſuit Madius: ταῦτα δ' γίνεται μάλιστα τοιαῦτα (καὶ μᾶλλον ὅταν γένηται φανερὰ ἡ δόξα) ὅτ' ἦν δι' ἄλληλα. An ſatis feliciter, necne, lectoris eſto judicium.

p. 34. l. 5. γενέσθαι] Pro γενέσθαι mallem γίνεσθαι, præſenti tempore, quod et ſuadet Cod. M. 21. Sed vix tanti eſt, ut in hiſce minutiis quiſpiam hæreat.

p. 35. l. 7. ἢ εἰς] Clarius legi exiſtimat Madius, ſi prior ἢ articulus eſſet, atque ita ſcriberetur ἡ εἰς φιλίαν. Tu vero nihil move, nam et nihil refert.

Ibid. l. 9. ὡς ἔχει ἐν τῷ Ὀ.] Emendationi Victorianæ adſtipulantur codices Medicei tres. Sed utriuſque lectionis ſententia omnino eadem.

p. 36. l. 4. ἐπειδὴ] Cum vocem ἀναγνώρισεις omittant libri Medicei omnes, calamo exarati, locum hunc integrum ſic quodammodo refingendum eſſe ſuſpicor: ἐπεὶ δὴ ἀναγνώρισις τινῶν ἐστιν ἀναγνώρισις, αἱ μὲν εἰσὶ θατέρου πρὸς τὸν ἕτερον μόνον, ὁτ' ἂν ἡ θάτερος ἕτερος, τίς ἐστιν. ΑΙ ΔΕ ὅπε ἀμφοτέρως δεῖ ἀναγνωρίσαι κ. λ. Quippe deletis ἔτι ὃ ἀναγνωρίσεις aperta erit reſponſio conjunctioni ἐπεὶ δὴ in initio contextûs poſitæ. Mox cap. ſeq. l. 1. cum vocem πρὸς ταῦτα verterit *hic* Pacius, tacite innuere videtur non πρὸς ταῦτα, ſed ἐντεῦθα legi debere. Contra Madius lectionem planiorem fore exiſtimat, ſi verbum πρὸς expungatur. Uterque malè.

p. 39. l. 11. φαίνεται] Victorium pro φαίνεται repoſuiſſe ἔσται e libris manu exaratis notat Sylburgius; quod et ipſum Vallam in exemplari, quo uſus eſt, reperiiſſe, ex verſione ejus, ſatis conſtat.

p. 40.

p. 40. l. 7. πρὸ τοῦ] Codd. Medicei omnes πρῶτον. Quod perinde eſt.

ibid. l. 8. ἀπειθμὸν] Heinſio ſuſpecta erat hæc vox. Vereor admodum, ut ſine cauſa. Quippe verbo ἀπειθμέω temeritatis notionem ineſſe ex pluribus locis conſtat, ut Iſocrat. πρὸς φίλιππ. Ὅταν ἀναγνώσκῃ τις τὸν λόγον ἀπιθάνως, καὶ μηδὲν ἦθος σημαίνοντος, ἀλλ' ὥσπερ ΑΠΑΡΙΘΜΩΝ.

Ibid. l. ult. κατορθῶσι] Libri Medicei 14. 16. 21. pro κατορθῶσι habent κατορθωθῶσι, tempore aoriſto, quod igitur in contexta recipiendum eſt, præſertim cum id linguae ipſius leges videantur jubere. Sic Iſocrates Panegyr. p. 72. ed. Wolf. πῶς οὐ χρὴ σκοπεῖν καὶ φιλοσοφεῖν τοῦτον τὸν λόγον, ὃς, ἩΝ ΚΑΤΟΡΘΩΘΗΙ, καὶ τὸν πολέμον τὸν πρὸς ἀλλήλους, καὶ τὴν ταραχὴν τὴν παρέσης καὶ τὰ μεγίστων κακῶν ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ.

p. 41. l. 6. θεάτρων] Θεατῶν hic ſcribi debere commode notavit Madius. Scilicet ob vocis ſimilitudinem ex vera in adulterinam mutatio facta eſt. Huic emendationi fidem conciliat locus alius III. Rhet. ſub principium: ἀλλ' ὅμως μέγα δύναται, καθάπερ εἴρηται, πρὸς τὴν ΤΩΝ ΑΚΡΟΑΤΩΝ ΜΟΧΘΗΡΙΑΝ. Quod huic ferè geminum eſt.

Ibid. l. ult. Ἐκεῖ] Quæ ad hunc locum ſcriptitavit Heinſius, feſtinantius certè quam verius, obelo ſunt transfigenda. Quippe refertur vox ἐκεῖ ad Comœdiam, et nominibus Aegiſthus et Oreſtes, quanquam non ſint perſonæ quæ comicæ actioni conveniant, tamen uſus eſt, ut ſummæ duntaxat inimicitiæ poneretur exemplum, quæ tandem in amicitiam nihilominus deſinit. Sententiam loci optime in verſione ſua expreſſit Goulſtonus: Ibi enim (in Comœdia) ſi qui inimiciſſimi fuerint in Fabula, velut ipſe Oreſtes, atque Aegyſthus, Amici tandem facti è Scena exeunt, neque ab alio quiſquam confoſſus occumbit.

p. 43. l. 11. πράγμασιν] Vocem hanc in δράμασιν mutandam cenſuit Mad. quemadmodum et alibi ſæpius in hoc libello factum eſt. Sed nobiſcum ſtant libri omnes manu exſcripti, et vulgata lectio æque benè ſenſui inſervit.

p. 44. l. 1. δείκνυσι] Cum verbum hoc deſiderent libri omnes manu exarati, illud a gloſſatore quodam, βραχυλογίαν Ariſtotelis non ſatis capiente, in contexta invectum veriſimile eſt.

ibid. l. 4. τοιοῦτο] Emendationem Heinſianam τοιοῦτόν τι ἄλλο δρᾶν adſtruunt Codices Medicei tres, uti et editio princeps Aldina. Sed præſtat, me judice, vulgo recepta lectio.

p. 45. l. 8. τὸ γὰ] Pro τὸ γὰ reponendum eſſe τὸ γὰρ ſuadent tum codices Medicei duo, cum ipſa orationis ſeries. Peſſime enim, inquit Philoſophus, contexta eſt illa Fabula, cum quis, perſonam ſciens, facturus jam eſſet, nec tamen fecit; nam et conſceleratum quid habet et minime tragicum, ſiquidem perpeſſione omnino careat: peſſimæ *autem* proxima conſtitutio eſt, cum quis, perſonam ſciens, effecerit tamen. Melius vero fuerit, &c.

p. 46. l. 2. ποίης γὴ πίνας] Lectionem Victorianam ποίας πίνας firmat Verſio antiqua et linguæ ipſius analogia.

p. 47. l. 1. φαῦλον μὴ ἔαν φαύλην] Verba hæc omittunt Codd. Med. omnes, et profecto ſine loci injuria abeſſe poſſunt, immo rectius omitti probabunt ſequentia ἐν ἑκάστῳ γένει, cum ea ſit vocis ἕκαστος indoles, ut ad duas res commode referri nequeat. Exempla ex autoribus corradere ambitioſum. Niſi fortaſſe pro ἑκάστῳ reponendum ſit ἑκατέρῳ, quam lectionis varietatem et librum unicum, nempe M. 21. exhibere video.

ibid. l. ult. Μελαλίππης] Camot. Μελανίππης, quod Sylburgius edito verius exiſtimabat. Perperam.

p. 49.

p. 49. l. 4. τὰ ἐν] Caſtigationem Victorii, qui vice τὰ ἐν reſcribendum eſſe ſingulari numero τὸ ἐν affirmat, tuetur Verſio antiqua.

ibid. l. 7. οἰκείαν] Libri omnes calamo exarati, ἴδιαν. Sed quoad ſenſum eodem recidit utrumque verbum.

p. 50. l. 2. Ἀχάϑων] Cum de Achille, Agathonis Tragœdia, nihil uſpiam literis mandatum ſit, retinendam eſſe veterem lectionem crediderim, ex qua, modo interpretationem Heinſianam admiſeris, ſenſus eruitur non incommodus, nempe; Ita et Poëta dum imitatur iracundos, ſocordes, aliiſque id genus moribus imbutos, ſummum potius probitatis exemplar faciet, quam aſperitatis morum, velut Achillem, non iracundum, &c. ſed *bonum*, h. e. magnanimitatis, pietatis ergo Apollinem, amicitiæ in Patroclum exemplar finxit Homerus. Cf. Cl. Beattie Eſſay on Poetry and Muſic. Part I. C. IV.

p. 52. l. 1. ἢ] Negandi particulam, quæ a veteribus editionibus pleriſque omnibus recte abeſt, perperam huc invexit Goulſtonus. Scilicet mirum ei, uti et olim Pacio, videbatur, Philoſophum dicere agnitionem a poëta factam carere arte. Verum ſi verba proxime inſequentia animadvertiſſet, cum inquit διὸ ὃ ἐγγὺς τῆ εἰρημένης ἁμαρτίας ἐστίν, vidiſſet utique verba eſſe legenda prorsùs affirmativè. Quærit enim magiſter ut agnitio non a fingente poeta, ſed a fabula, id eſt, a ſerie rerum, enaſcatur.

ibid. l. 3. ἐκεῖνος] Quidni potius legeris, quod et MSSti omnes ſuadent οἷον Ὀρέστης ἐν τῇ Ἰφιγενείᾳ ἀνεγνώρισεν ὅτι Ὀρέστης. ἐκείνη μὲν ἀφὲ τῆ ἐπιστολῆς, ἐκεῖνος δὲ λέγει ἃ αὐτὸς βέλεται ὁ ποιητὴς καὶ ἐχ ὁ μῦθος. Quæ cum antecedentibus adeo cohærent, ut nihil melius.

ibid. l. ult. οἱ] Legendum eſt proculdubio ἡ, nempe articulus fœminei ſexus primi caſus, quam emendationem et Codd. manu exſcripti adſtruunt

et ante Heinſium propoſuerat Madius. Scilicet utriuſque vocis eadem apud librarios pronunciatio.

p. 53. l. 2. ἀπολόγῳ] Rectius ἐν Αλκινόῳ ἀπὸ λόγων nempe τῶ κιθαρισοῦ, quod et MSSpti. omnes confirmant, atque idem Madius, interpretum longe ſagaciſſimus, germana eſſe Ariſtotelis verba credidit.

ibid. l. 4. ἀνεγνωρίσθη] Codices Medd. omnes pro ἀνεγνωρίσθη habent ἀνεγνωρίσθησαν, pluralem numerum pro ſingulari, quam lectionem in editione ſua Madius exhibet. Docte, ut ſolet. Non enim de ſimplici agnitione, interventu memoriæ factâ, hic loquitur Philoſophus, ſed de duplici, nempe ea, quæ in Cypriis, Tragœdia Dicæogenis, ex pictura fit, et ea, cui in Alcinoi domo, ex Citharœdi verbis, dum Trojanum bellum caneret, ſuarum rerum recordatus, lachrymis effuſis Ulyſſes locum dedit.

p. 56. l. 1. θεατὴν] Dacerius τὸν ποιητὴν, ut videtur, recte. Sed expectandi Codices. Cæterum quod mox libri omnes calamo exſcripti vocem ποιεῖν omittant, elegantius id atque ἀριστοτελικώτερον.

Ibid. l. 4. οἱ ἀπὸ] Vocibus ita tranſpoſitis ut articulus οἱ inter οἱ et ἀπὸ medius intercedat, nempe, πιθανώτατοι οἱ ἀπὸ τ' αὐτῆς φύσεως ἐν τοῖς πάθεσιν εἰσιν, clarior, me judice, evadet loci ſententia.

Ibid. l. 8. ἐξεταστικοὶ.] Summus Toup Not. in Longin. p. 358. poſt Victorium et Mad. ἐκστατικοὶ. Rectè. Noſter Probl. p. 817. ed. Duvall. ὅσοις δὲ λίαν πολλὴ καὶ θερμὴ (κρᾶσις) MANIKOI KAI ΕΥΦΥΕΙΣ ..... πολλοὶ δὲ διὰ τὸ ἐγγὺς εἶ τῶ νοερῶ τ' θερμότητα ταύτην, νοσήμασιν ἁλίσκονται MANIKOIΣ ἢ ΕΝΘΟΥΣΙΑΣΤΙΚΟΙΣ. ὅθεν σιβύλλαι καὶ βάκιδες, καὶ οἱ ἔνθεοι γίνονται πάντες, ὅταν μὴ νοσήματι γένωνται, ἀλλὰ φυσικῇ κράσει. Μαρκὸς δὲ ὁ συρακόσιος καὶ ἀμείνων ἦν ποιητὴς, ὅτ' ΕΚΣΤΑΙΗ. Quæ his lucem offundunt non mediocrem.

Ibid. l. antep. ἐπεισοδίων καὶ παρενείρειν] Has voces, conjecturâ ductus, ita reſtituo: ἐπεισόδιον (v. ἐπεισόδια) πα-

παρεισέρειν *episodia inserere atque intrò insinuare.* Sic Greg. Naz. περὶ βαπτίσμ. κἂν λαθὼν ἑαυτὸν παρεισέρῃ *etiamsi se clam immisceat.* Erunt tamen fortasse, qui vocem ἐπεισοδίων eò retinendam putent, quod mox, nempe p. 57. recurrat. Quod si magis placuerit, legendum est παρατείνειν ex scriptorum librorum auctoritate.

p. 57. l. 3. ἱερείας] Rescribendum est proculdubio ἡ ἱερατείας τίδε, ὅτι κ. τ. λ. quam lectionem adstruunt Codd. manu exarati et post Vallam sequitur Madius.

ibid. l. 15. μακρὸς] Pro μακρὸς legendum esse hic μικρὸς, quicquid contra statuerit Victorius, tum res ipsa clamat apertissimè, tum libri calamo scripti confirmat auctoritas. In dramatibus, inquit Philosophus, episodia concisa omnino atque brevia sunt. Epopoeia contra horum longitudine producitur; nam Odysseæ argumentum breve est, utpote quod περὶ μίαν πρᾶξιν ἑνὸς ἀνδρὸς σωίζεται, nempe de Ulysse multos per annos peregre profecto, a Neptuno, quasi insidiante, observato, & sociis vario exitio extinctis, solo superstite. Quum vero (nam & ἐπεὶ hic ex consensu librorum reponendum esse suspicor) sic se res haberent domi, &c. Atque hoc, quod paucis hisce absolvitur de essentia, ut loquuntur, fabulæ est; reliqua vero sunt episodia.

p. 58. l. 10. εὐτυχίαν] Emendationi Goulstonianæ adstipulatur Valla. Scilicet proclivem esse inter ν, δ et δυς lapsum nôrunt in MSSptis explicandis vel mediocriter versati.

Ibid. penult. πεπραγμένα] Lectionem Victorianam, cujus in notis fit mentio, adeo firmat Codicum auctoritas, ut dubitationi nullus omnino superfit locus.

p. 59. l. 6. τέταρτον, οἷον] E contextis hic excidisse crediderim vocem ἀπλοῦν; est enim ea quarta species Tragœdiæ, ut ex collatione p. 86. l. 2. pa-

patet. Huc accedit, quod ἐν τοῖς ΑΠΛΟΙΣ πράγμασι (l. δράμασι) σχάζονται ὧν βέλονται ΘΑΥΜΑΣΤΩΣ, h. e. voti compotes fiunt ſcopumque attingunt poëtæ *per admirabile*. Vid. p. 61. l. 1—2. Sed hujuſmodi præcipue ſunt ὅσα ἐν ᾅδῃ, quæcunque de perſonis et rebus apud inferos agunt, ut e. g. de Siſypho, qui in Iſthmo Achaiæ habitans prætereuntes omnes aut ſaxo obruebat aut in mare præcipitabat. Hic autem Deorum arcana, quorum particeps factus fuerat, mortalibus prodidit: quo circa ad inferos detruſus perenni poena affligitur. Mox pro ἐν ᾅδῃ reſcribendum eſſe ἐν ᾅδᾳ neminem fore credo, qui inficietur.

Ibid. l. penult. ἑκάστου κ. λ.] Hæc verba ita corrigere tentavit Heinſius ἑκάστου τὸ ἴδιον ἀγαθὸν ἀξιοῦσι τὸν ἕνα ὑπερβάλλειν. Quod certe habet, quo ſe tueatur.

p. 60. l. 5. ποιεῖ] Cod. M. 16. ποιοῖ, modo optativo, quod et ſententia poſtulare videtur. Scilicet hac confuſione ſexcentis in locis ex pronunciationis ſimilitudine erratum eſt.

Ibid penult. Νιόβην ἢ Μήδειαν] Sciendum eſt Codices aliquos manu ſcriptos carere vocibus ἢ Μήδειαν: Tranſlatio quoque vetus ita habet. Cui ſcripturæ magis adhæreo. Opinor enim illud ἢ Μήδειαν gloſſema extitiſſe, quod deinde in contextum irrepſit. Aeſchylus enim Nioben fecit, ſed quod Medeam fecerit, hactenus non legimus. Mad. Cf. Fabric. B. Gr. T. I. p. 584.

p. 61. l. 2. περάγμασι] Paccius et Mad. δράμασι, quod ferè eodem redit.

Ib. l. 10. τὰ διδόμενα κ. λ.] Legendum eſt ΤΑ ΑΔΟΜΕΝΑ ΑΛΛΟΥ μύθῳ ἢ ἄλλης τραγῳδίας ἐστί, vel ΤΑ ΑΔΟΜΕΝΑ ΟΥ μᾶλλον τῷ μύθῳ ἢ ἄλλης τραγῳδίας ἐστί. Huic emendationi fidem facit tum ſequens ᾅδῃσι, cum vocum ſimilitudo, quæ ejuſmodi eſt, ut mirum potius ſit hunc errorem non contigiſſe, quam quod contigerit.

rit. Immo p. 109. l. 1. ſimilis recurrit exſcriptorum lapſus; ubi enim in textu legitur διάδοντα, probante Victorio, Cod. Med. manu tranſcriptus, uti et Ed. Camot. ἀμαδιδόντα exhibent. Ceterum obſervat Mad. Venetiis in quibuſdam caſtigationibus à ſe viſis loco vocis διδόμενα ſcriptum eſſe γινόμενα, quam lectionem longe meliorem eſſe ea, quæ in excuſis libris habetur, recte judicat. Et profecto, ſi literarum ductus reſpicias, inter ſ et δ non ita magnum diſcrimen intercedere fatendum eſt. Sed præſtare noſtram lectionem ſatis ſuperque docent rationes modo allatæ.

Ibid. penult. ἢ ἔῃσιν κ. τ. λ.] Utrum ἢ ἔῃσιν juxta vulgo receptum uſum, vel, quod Victorius maluit, ἢ ΕΙ ἔῃσιν ἐξ ἄλλε εἰς ἄλλο ἁρμόττει (l. ἁρμόττοι ex auctoritate codicum MSS. M. XIV. 16. 21. nec non ed. principis Aldinæ) ἢ ἐπεισόδιον ὅλον (ſive ὁ λόγ@ ſecundum M. 16.) legas, tum analogiæ, cum ſenſus habita ratione perinde eſt.

p. 62. l. 9. πράγμασι] Locum hunc malè adminiſtravit Heinſius, qui vice τῷ πράγμασι reponendum hic eſſe δράμασι contendit; quod tamen alibi recte factum non diffiteor. Scilicet obſervat Philoſophorum princeps, quæ in rerum natura atque ἐπὶ τῷ ἔργων miſerabilia, gravia, magna aut veriſimilia ſunt, formarum vi et de eſſentia, ut loquuntur, eadem eſſe, atque ea, quæ Rhetor vel Poëta per artem ſuam talia effecerint. Id tamen diſcriminis ineſſe, quod res ipſas per ſe, ἄνευ διδασκαλίας h. e. ſine Artis Poëticæ aut Rhetoricæ auxilio, ſuapte vi, quovis narrante, aut ſimpliciter viſas tales apparere oporteat. Niſi malis vocem πράγμασι de Rhetoribus intelligi, quorum in rebus gerendis verſatur ars. Quod vero mox pro εἰδῶν legendum eſſe ἰδεῶν, uti et paulo infra ἢ ἰδέα cenſet Victor. id omnino probandum.

p. 64. l. 7. προβολῆς] Dacerius προβολῆς, h. e. ſine

ne præmiſſa vocali. Minus recte. Significat enim hic vox προσβολὴ nihil aliud, quam alliſum linguæ ad varias partes oris humani in elementorum ſono formando, ut probe in verſione ſua notavit Goulſtonus.

Ibid. l. 13. τόποις] Suſpectum habet hoc verbum Heinſius, qui pro eo τύποις non dubitanter reponit. Nobis quoque in mentem venerat τόνοις. Sed nihil temere immutandum; immo præſtat forte vulgo recepta lectio, ut ſenſus ſit is, quem in paraphraſi ſua expreſſit idem Goulſtonus.

p. 65. l. 4. κωλύῃ] Heinſius ex nullo, ut videtur, MSpto, κολάῃ. Quod ſenſum plane perimit. Sic autem omnino refingendus atque interſtinguendus eſt hic locus, qui certè inter vexatiſſimos recenſeri optimo jure poteſt: Σύνδεσμος δέ ἐστι φωνὴ ἄσημος, ἣ ὅτε κωλύῃ ὅτε ποιεῖ φωνὴν μίαν σημαντικὴν ἐκ πλειόνων φωνῶν, ΠΕΦΥΚΥΙΑ ΤΙΘΕΣΘΑΙ (cf. varietatem lectionis ad definitionem Articuli in pag. ſeq.) ἢ ἐπὶ τῶν ἄκρων ἢ ἐπὶ τῶ μέσου, (ἢν μὴ ἁρμόσῃ ἐν ἀρχῇ λόγου τιθέναι καθ' αὑτόν. οἷον μέν, ἤτοι, δή·) ἣ φωνὴ ἄσημος, Ἡ ἐκ πλειόνων μὲν φωνῶν MIA, (M. 14.) σημαντικῶν δέ, ποιεῖν πέφυκε μίαν ΣΗΜΑΝΤΙΚΗΝ (M. omnes) φωνήν. Ut ſenſus ſit: Conjunctio eſt vox ſignificationis expers, quæ nec impedit, nec facit vocem *unicam* tantum modo ex pluribus ſignificativam (e. gr. in hominis definitione illa, *Homo eſt animal rationale*, ſi voci *Homo* poſtponatur conjunctio *enim*, ſignificationi τῦ *Homo* nihil quidquam addet conjunctio illa) cujus ea eſt indoles, ut in utroque extremo periodi vel in medio collocari poſſit, (*modo* eas conjunctiones excipias quæ in initio periodi καθ' αὑτούς, i. e. ἄνευ ἀντιποδιδώσεως, rite ſtare non poſſunt, cujuſmodi ſunt ΜΕΝ, ΉΤΟΙ, ΔΕ. ἀπαιτεῖ γάρ, inquit noſter Rhet. III. p. 125. ed. Sylb. ὁ ΜΕΝ, τὸν ΔΕ, &c.) Vel eſt, ſignificationis expers vox, quæ cum ex pluribus vocibus et quidem

ſig-

ſignificativis illis una ſit, nectendo faciat vocem unam ſignificativam. Sic Rhet. III. p. 140. 27. ὁ γὰρ Σύνδεσμος ἓν ποιεῖ τὰ πολλά, ὥστε ἐὰν ἐξαιρεθῇ, δῆλον ὅτι τοὐναντίον ἔσται τὸ ἓν πολλά, et mox p. 67. hujuſce libri: Εἷς δέ ἐστι λόγος διχῶς, ἢ γὰρ ὁ ἓν σημαίνων, ἢ ὁ ἐκ πλειόνων συνδέσμῳ οἷον, ἡ Ἰλιὰς μὴ συνδέσμῳ εἷς κ. λ.

p. 66. l. 4. φωνὴ] Lege ſimili emendatione: ἢ φωνὴ ἄσημος, ἢ ὅτε κωλύει, οὔτε ποιεῖ φωνὴν μίαν σημαντικὴν ἐκ πλειόνων φωνῶν, ΠΕΦΥΚΥΙΑ ΤΙΘΕΣΘΑΙ καὶ ὅτι τῆς ἀκρῶν, καὶ ὅτι τῶν μέσων. Huic immutationi favent Codd. M. omnes, uti & Verſio antiqua.

Ibid. l. 9. σημαίνει.] Heinſ. σημαίνειν; at libri calamo exſcripti σημαῖνον, quod et unice verum.

p. 67. l. 1. σημαίνοντα] Reſcribendum hic quoque eſſe σημαῖνον probant tum Codd. M. 14. 16. 21. cum ipſius linguæ analogia, ut ſcilicet cum articulo τὸ melius cohæreat.

Ibid. l. 3. ὑποκριτά] Exemplaria manu exarata omnia habent ὑποκριτικά, quam lectionem vulgatæ præferendam eſſe recte ſtatuit Madius; nam in initio tractationis hujus de dictione, *hypocriticæ* eſſe facultatis dixit ſcire quo geſtu omnes orationis partes proferri debeant: τῆς πρὸς τὴν λέξιν ἓν μὲν ἐστιν εἶδος θεωρίας τὰ σχήματα τῆς λέξεως, ἃ ἐστιν εἰδέναι ΤΗΣ ΥΠΟΚΡΙΤΙΚΗΣ.

Ibid. l. penult. συνδέσμων] Editionem Camot. pro συνδέσμων habere συνδέσμῳ, ut in ſequenti membro, notat Sylburgius. Quod neſcio annon magis analogum.

p. 68. l. 2. μὴ ἐκ] Reponendum eſt omnino ex auctoritate librorum MSS. qui in Bibliotheca Medicea aſſervantur omnium, uti & alterius Diegi de Mendoça, cujus in paraphraſi ſua meminit Madius, nec non verſionis antiquæ, quæ et ipſa inſtar MSpti habenda eſt: Ὀνόματος δὲ εἴδη, τὸ μὲν ἁπλοῦν (ἁπλοῦν δ' λέγω ὃ ΕΚ ΜΗ σημαινόντων σύγκειται· οἷον γῆ.) Quæ ita explicat interpres ſupra laudatus: Senſus eſt, Nomen

ſimplex illud eſt, cujus particulæ non ſignificant, ut γῆ: duplex vero, aliud componitur ex eo, quod ſignificat, et ex eo quod non ſignificat, aliud, &c. Admonet deinde, quomodo id intelligendum ſit, et inquit non eſſe intelligendum nomen compoſitum aliquod eſſe, quod componatur ex nomine ſignificante et ex nomine non ſignificante, quoniam ſupra dictum eſt, quod omnia nomina ſignificant, ſed intelligi debet nomen aliquod dari ex pluribus compoſitum partibus, quarum altera ſignificat et erit nomen, altera vero non ſignificat, quoniam erit vel Syllaba vel conjunctio, vel aliquid id genus, quod non ſignificat.

Hactenus Mad. cui tamen vulgata lectio magis arridet. Sed noſtram emendationem MSSti omnes exhibent, quos ſi Madio inſpiciendi copia data eſſet, ſecutum eum fuiſſe minimè dubito.

Ibid. l. 5. τετραπλοῦν ὄνομα] Lege εἴη δ' ἂν πεπλοῦν καὶ τετραπλοῦν ὄνομα ΚΑΙ ΠΟΛΛΑΠΛΟΥΝ, οἷον τὰ πολλὰ τῆς ΜΕΓΑΛΕΙΩΝ, ΩΣ Ἑρμοκαϊκόξανθος. Ubi voces καὶ πολλαπλοῦν ex libris calamo exſcriptis reſtituimus; cætera ingenio freti ita emendavimus ut ſenſus aliquis, qui in vulgo recepta lectione nullus fuit, ex iis erueretur. De voce μεγαλεῖα pro decompoſitis et ſeſquipedalibus verbis uſitata confer Lexicographos. Non nemo in margine libri, qui penes cl. Burgeſs eſt, Κολλητομυοχαλιωτῆς habet pro πολλὰ τῆς Μεγαλιωτῆς. Quo ſenſu, ipſe viderit.

Porro in voce Ἑρμοκαϊκόξανθος, quæ certe germana lectio non eſt, cum nuſpiam in tota Græcia extet, aquam mihi hærere lubens fateor.

p. 69. l. ult. χαλκῷ.] Repone partim ex cod. M. 21. et verſione antiqua, partim ex conjecturâ:

χαλκῷ ἀπὸ ψυχὴν ἀρύσας———
καὶ
———TAME NHAEI χαλκῷ:

ita

ita ut ſint duæ carminum medietates diverſorum verſuum. Eſt enim pars illa τάμε νήλεϊ χαλκῷ, Hom. Il. γ. v. 292. Pro τάμνειν autem recte poſitum eſſe τάμ', aor. 2°. probant etiam ſequentia ταμεῖν, et copulam κὴ exhibent Codd. M. XIV (ubi tamen pro κὴ legitur κε ex ſolemni confuſione) 21 et Vall.

p. 70. l. ult. πρὸς ὃ ἐστι. Λέγω δὲ] Heinſius, uti aſſolet, nulla vel ſcriptionis vel pronunciationis habita ratione: κὴ ἐνίοτε προσιθέασι, ΑΝ ΤΟΥΝΟΜΑ ΕΧΕΙ, πρὸς ὃ ἐστι. Λέγω κ. λ. Obſcure nimis, quam ut vel ipſi conveniat Ariſtoteli. Quidni potius legeris, κὴ ἐνίοτε προσιθέασιν, ἀνθ' ἃ λέγει, πρὸς ὃ ἐστιν ΑΝΑΛΟΓΟΝ, οἷον κ. λ. Hoc eſt, nonnunquam, ubi inter duas res analogiam intercedere conſtiterit, de alterâ verba faciens aliquis, altera uti poteſt. Quod et poſtea exemplo declarat. Similiter enim, inquit, phiala ad Bacchum ſe habet ac ſcutum ad Martem. Per Metaphoram igitur et nominum ſubſtitutionem, τὸ ἀνάλογον nempe phialam, ἀνθ' οὗ λέγει pro ſcuto, de quo ſermo eſt, dicere poſſumus. Quæ profecto ita manifeſta ſunt, ut ampliori diſputatione non egeant.

p. 72. l. ult. φιάλην μὴ] Mendum hic ſubeſſe viderunt interpretes, qui et illi diverſimode occurrere conati ſunt. Nos vero ita levicula certe immutatione qualitercunque emendavimus: εἰ τὴν ἀσπίδα εἴποι φιάλην ΜΕΝ Ἄρεως, ἀλλ' ΑΟΙΝΟΝ: Ut ſenſus ſit; Hoc tranſlationis modo, ſecundum analogiam vocato, uti et aliter licet, cum videlicet nominaverimus alienum quidpiam, ponendo id ad quod relatio eſt, pro eo, de quo ſermo eſt τὸ ἀνάλογον ἀνθ' οὗ λέγει (quemadmodum in ſecunda ſpecie dixit) aliquid tamen ejus proprium ab eo removentes, ut ſi clypeum vocet quiſpiam, τὸ ἀλλότριον προσαγορεύσας, poculum Martis *quidem*, ſed vini expers, quod profecto eſſet οἰκείων τι ἀποφῆσαι, ſiquidem phialæ id proprium fuerit, ut vino impleatur.

p. 73. l. 1. καλέμμον] Laborant et hæc morbo,

cui medelam adferre non ita in promptu eſt. Fieri tamen poteſt, ut pro vulgata lectione reponendum ſit, quod et Cod. M. 14. manu tranſcriptus ſuggeſſit, πεποιημένον δέ ἐστιν ὃ ὅλως μὴ ΛΑΛΟΥΜΕΝΟΝ ὑπό τινων, αὐτὸς πάθεται ὁ ποιητής.

ibid. l. 4. τὸ μέ] Legendum omnino ex emendatione Victoriano-Heinſiana, quam et exemplaria calamo ſcripta aliqua ſaltem ex parte adſtruunt: τὸ μὴ ἂν φωνήεντι μακροτέρῳ κεχρημένον Hi ΤΟΥ ΟΙΚΕΙΟΥ (Cod. Diegi de Mendoça apud Mad.) ἢ συλλαβῇ ἐμβεβλημένη. τὸ δ' ἂν ἀφῃρημένον ἢ π αὐτῶ. Ἐπεκτεταμένον δ' κ. τ. ἑ. Quippe voces ἢ ἐμβεβλημένη ab Ariſtotele abjudicant libri Medd. omnes.

p. 74. l. 6. Ἄρρενα] Mad. Ἄρρενα μὲν ὅσα τελευτᾷ εἰς ν ϰ ρ ϰ σ ϰ ὅσα ἐκ τέτων π κ σύγκειται—ὥστε ἴσα συμβαίνει πλήθει εἰς ὅσα τὰ ἄῤῥενα ϰ τὰ θήλεα· τὸ γὰρ ψ ϰ ξ ϰ ν ρ σ ταὐτά ἐστιν.——τὰ δὲ μεταξὺ εἰς τὲ τὸ α ϰ ν ϰ ρ ϰ σ. Nos vero ita, innixi codicum manu exaratorum teſtimonio, reſtituimus. Ἄῤῥενα μὲν ὅσα τελευτᾷ εἰς ν ϰ ρ ϰ σ ϰ ὅσα ΕΚ ΤΟΥΤΟΥ σύγκειται. ταῦτα δέ ἐστι δύο, τὸ ψ ϰ ξ. Θήλεα δ', ὅσα ἐκ τῶν φωνήεντων, εἰς τὲ τὰ ἀεὶ μακρά, ϰ τῶν ἐπεκτεινομένων εἰς α. ὥστε ἴσα ΣΥΜΒΑΙΝΕΙΝ πλήθει εἰς ὅσα τὰ ἄῤῥενα ϰ τὰ θήλεα· τὸ γὰρ ψ ϰ το ξ ΚΑΙ Σ ταὐτά ἐστιν. Εἰς δ' ἄφωνον οὐδὲν ὄνομα τελευτᾷ, οὐδὲ εἰς φωνῆεν βραχύ. Εἰς δ' τὸ ι τρία ΜΟΝΟΝ. Εἰς δ' τὸ υ πέντε. Τὰ δὲ μεταξὺ εἰς ταῦτα ϰ ν ϰ σ ϰ ρ. Ut loci ſententia ſit: Præterea ex Nominibus alia Maſculina, alia Fœminina, alia denique inter hæc media ſive neutra ſunt. Maſculina ſunt, quæcunque fere definunt in liquidas ν ρ et σ et in eas duplices literas, quæ ex hac litera, nempe σ, conſtant. Sunt autem illæ omnino duæ, ψ ex π β φ et σ; et ξ ex ϰ γ χ et σ conflatæ. Fœminea vero quæcunque et in eas vocales definunt, quæ ſemper longæ ſunt, velut in η et ω, et in eas ancipites quæ producuntur in α. Ex quo efficitur, ut pares numero ſint literæ illæ, in quaſcunque terminantur virilia et muliebria,

bria, nempe tres numero, ν ρ σ, quæ Maſculini, et η ω α long. quæ ſequioris generis ſunt, ſiquidem ψ ξ et σ eædem fuerint literæ, utpote quæ omnes in σ deſinant. In Mutam autem nullum terminatur nomen, ſed nec in vocalem ſemper et natura brevem, quales ſunt ε et ο. At in ι tria ſola μέλι, κόμμι, πέπερι. Et in υ quinque.

Has immutationes pleraſque omnes conſtabilit exemplarium vetuſtorum, quibus unice fides habenda, auctoritas.

p. 76. l. 3. τὸ λέγοντα] Emenda et interſtingue ΤΟΝ λέγοντα τὰ ὑπάρχοντα ἀδύνατα συνάψαι, hoc ſenſu: Ænigmatis forma ea erit, ut dicens conjungat admiſceatque τὰ ὑπάρχοντα ἀδύνατα quæ minime inter ſe congruere et in una ſede morari non poſſe videntur.

Ibid. l. 6. Ἄνδρ' εἶδον] Codd. manu exſcripti omnes ἄνδρα ἴδον πυρίχαλκον. Sed vulgo receptam lectionem tuetur Athenæus, qui libro decimo, ubi de Griphis agit, quid ſit hoc ænigma declarat;

Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα
Οὕτω συγκόλλως ὥσε σύναιμα ποιεῖν.

Τοῦτο δὲ σημαίνει τὴν συκίας πρόσκολλον. De eodem Gripho noſter in Rhetorica, Demetrius in libro de Elocutione, et Plutarc. in Sympoſio ſeptem Sapientum. Cucurbitulas autem apud veteres ex ære, non ex vitro, ut nunc fit, confici conſueviſſe ex monimentis Græcorum medicorum intelligi commode ad h. l. notavit Madius. Paulus enim in l. περὶ συκιάσεως illas vitreis anteponit, cum ait: ἀλλὰ ὀλκιμώτεραι μᾶλλον εἰσὶν αἱ χαλκαῖ, πλείονα δ' ἀνέχουσαι φλογὸς τῶν ὑαλίνων ἑτοίμως καταρηγνυμένων.

p. 76. l. ult. δ' ὃ ἀνακέκραται] Obſervat idem Mad. aliquos calamo exaratos codices hâc parte carere; in veteri quoque tranſlatione deſiderari. Quod profecto de codicibus quos huic interpreti inſpexiſſe con-

contigerit, verum esse potest: Medicei tamen ita locum hunc exhibent: δεῖ ἄρα κεκρίῳς. Quibuscum concinit antiquæ versionis jam laudatæ auctor, prout ex lectionum varietate constat. Prætulerim tamen emendationem illam, quam è Benedicti Lampridii libro affert Mad. δεῖ ἄρα κεκρᾶσθαι, ut sensus sit: Oportet igitur aliquo pacto, i. e. temperatè, hæc miscere, ne vel in ænigma vel in barbarismum incidamus. Mox pro τὸ μὲν οὖν κ. τ. λ. reponendum est omnino τὸ μὲν γὰρ ex MSSptorum fide, ut ratio reddatur, quare Metaphoris his atque reliquis id genus ornamentis temperari debeat oratio.

p. 77. l. antep. δῶσει.] Cod. M. 14. δώσειεν. Recte.

p. 80. l. 3. ἐνπεθειμένων] M. 14. ἀντιθεμένων, alii ex testimonio Madii ἀντιτιθεμένων, cui tamen magis arridet pervulgata lectio. Quod vero Codd. manu exarati tres μεταπεθέντος exhibeant, id receptæ lectioni præferendum, ut scilicet voci μετατιθεὶς antea positæ respondeat.

p. 81. l. 1. λέγῃ] Libb. Med. tres: λέγοι. Non malè.

p. 82. l. 9. ἐν δὲ τοῖς ἰαμβείοις] Emaculandus hic in transitu noster, Rhet. III. p. 119. ed. Sylb. τὸ γὰρ κύριον, καὶ τὸ οἰκεῖον καὶ μεταφορὰ μόναι χρήσιμοι (l. μόνα χρήσιμα) πρὸς τὸ τῶν ψιλῶν λόγων λέξιν. σημεῖον δ' ὅτι τούτοις μόνοις πάντες χρῶνται· πάντες γὰρ μεταφοραῖς ἀμφιλέγονται. Qui locus huic gemellus est.

Ibid. l. 11. χρήσεται] Castigationem Victorii, qui pro χρήσεται reponendum esse χρήσαιτο, modo optativo, censuit, firmant Libb. manu transcripti M. XIV. 21.

p. 83. l. 1. ἐν μέτρῳ] Heinsius mendosum esse hunc locum voluit, ἐν ἑξαμέτρῳ reponens, ut supra p. 17. l. 9. Sed quidni potius dixeris Aristotelem per metrum hic heroicum carmen intelligere quod καθ' ἐξοχὴν, sive honoris ergo, τὸ μέτρον nomine insigni-

nitur. Porro notandum eſt idem h. l. valere διανοητικήν, quod in Tragœdiæ definitione δι' ἀπαγγελίας.

p. 83. l. ult μὴ ὁμοίας] Victorius reſcribendum eſſe contendit μυθικὰς ἱστορίας τὰ σωθῆναι εἶναι. Et ſic dimidia pars Codicum. Sed meliorem lectionem ſuppeditavit ingenium Dacerii, nempe, μὴ ὁμοίας ἱστορίαις τὰς συνθέσεις εἶναι.

p. 86. l. 9. Ἀναγνώρισις δὲ ὅλη] Hæc ita vertit Pacius; *ut quæ agnitionibus conſtet et per totum morata ſit.* Ex quo licet intueri eum exiſtimaſſe aliter Ariſtotelis verba, quam vulgata lectio habeat, eſſe ſcribenda, nempe ἀναγνώρισις γὰρ καὶ δίλυσις ἠθική. Longin. p. 37. ſq. ed. ſummi Toup. ἃ γὰρ ἀλλ' ἢ τῇ Ἰλιάδι ἐπίλογός ἐστιν ἡ Ὀδύσσεια . . . . δευτέρᾳ δ' ἕνεκα παρισοῤῥέπει τὰ πρὸς τὴν Ὀδύσσειαν, ὅπως ᾖ σοι γνώριμον ὡς ἡ ἀπακμὴ τῶν παθῶν ἐν τοῖς μεγάλοις συγγραφεῦσι καὶ ποιηταῖς εἰς ἦθος ἐκλύεται. τοιαῦτα γάρ που τὰ περὶ τὴν Ὀδύσσειαν ἠθικῶς αὐτῷ βιολογήματα οἰκίαν, οἱονεὶ κωμῳδία τις ἐστὶν ἠθολογημένη.

Nonnemo in margine libri, qui penes cl. Burgeſs eſt: ἀναγνώρισις γὰρ διπλῆ καὶ ἠθική.

p. 88. l. 6. μίμησις] In diverſum hic abeunt Interpretes, quorum alii κίνησις, alii μίμησις legendum eſſe contendunt. Illam ſcripturam exhibent membranæ tres; huic aſtipulantur typis editi plerique omnes, et M. XIV. calamo exaratus. Ut videtur, recte. Intelligit enim Philoſophus τὴν διανοητικὴν ποίησιν ſeu carmen Heroicum ob cæſurarum et pedum, quibus incedit, varietatem, ad affectus animi et cætera quæcunque motu ſuo exprimenda, magis idoneum eſſe quam aut Iambicus aut octonarius verſus, quorum hic ſaltationi dithyrambicæ, ille rebus agendis et dramaticis interloquiis natus eſt. Hermog. ſect. 2. περὶ ὑψους. de Homero et heroico carmine in hunc modum ſcribit: Ἄειδε δὴ καὶ πάντα λόγων εἴδη καὶ ποιητῶν ἁπάντων καὶ ῥητόρων καὶ λογογράφων Ὅμηρος, καὶ

καὶ τὸ μεγέθη καὶ ἡδονὰς καὶ ἐπιμελείας καὶ, τὸ μέγιστον, ΠΟΙΗΣΕΩΣ ΜΙΜΗΣΙΝ ἘΝΑΡΓΗ καὶ πρέπουσαν τοῖς ὑποκειμένοις, κἂν τοῖς κατὰ λέξιν, καὶ ταῖς εἰσαγωγαῖς τῶ προσώπων καὶ μύθων ἀλλοιοπρώσεις καὶ μέτρων διαφόρως τομαὶς, ἐξ ὧν ἀλλοφορά πως συμβαίνῃ γίνεσθαι τὰ μέτρα, καὶ ταῦτα ἐν δεόντι καὶ κατὰ λόγον μεταβαλλόμενα πρὸς τὸ καὶ τὸ, φύσει πάντων ἄριστον μέτρον προηρῆσθαι.

Ibid. l. 11. αὐτὸ] Mad. αὐτῇ, recto caſu; Verſionis antiquæ auctor *ita*, ac ſi ὅτω in Codice, quo uſus eſt, haberetur. Sed veram lectionem reſtituit nobis Vict. e libris manu tranſcriptis, quocum concordant et Medicei omnes.

p. 89. l. 4. ἥδιον ἄνθρ] Codd. Medd. omnes, uti et verſio antiqua modo laudata ἡδέως ἀνθρ, ἀλλ' ἔχοντα ἤθη. Recte.

Ibid. μᾶλλον] Refinge omnino ex emendatione Victoriano-Goulſtoniana: δεῖ ἐν ταῖς τραγῳδίαις ποιεῖν τὸ θαυμαστόν. Μᾶλλον δ' ἐνδέχεται ἐν τῇ ἐποποιίᾳ τὸ ΑΛΟΓΟΝ (διὸ ὃ συμβαίνῃ μάλιστα τὸ θαυμαστὸν) διὰ τὸ μὴ ὁρᾶν εἰς τὸν πράττοντα. Mox in ἔπειτα τὰ expungendum eſt alterum τὰ, ut integra lectio ſit ἐπεὶ τὰ, quod ante Victorium aut Heinſium odoratus eſt ſagaciſſimus Madius.

Ibid. l. 8. τὸν πράττοντα] Valla: *quæ aguntur*, h. e. τὰ πραττόμενα. Quod perinde eſt.

p. 90. l. ult. οἰόνται κ. λ.] Lampridii codex, necnon Medicei tres: ὅταν τοδὶ ὄντος τοδὶ ᾖ, ἢ γινομένου γίνηται. Quæ lectio, ſi cum vulgata conferatur, explicatior quodammodo videtur, ut non mirum ſit Victorium eam in contexta recepiſſe. Utramque tamen ferri poſſe notavit Madius. Poſtmodum editi omnes δι' ὃ δὴ ἄν, ſed ſcriptura rectior eſt δι' ὃ ΕΙΗ ἄν, quam ex illo enarratore mutuo acceptam pro ſua conjectione venditavit Heinſius. Mox ubi in vulgatis jacet: ἄλλη ἧ τόδε ὄντος ἀνάγκη εἶναι ἢ γίνεσθαι ἢ πραθῆναι, aliqui Codd. ex teſtimonio ejuſdem Madii ita habent ἀλλ' οὐδὲ τόδε ὄντος κ. λ. Sed in libro Bernardi

nardi Feliciani manu exarato ἀλλὰ δεῖ, item ἢ προσθῆναι, deleto ἢ, ac in ejus loco in margine ſcripta voce εἰ. Ex hac tam multiplici lectione putarem hæc eſſe germana hinc inde reſarcita Ariſtotelis verba: οἴονται γὰρ ἄνθρωποι ὅταν τοῦτ' ὄντος, ΤΟΔΙ ΤΗΙ, ΤΗ ΓΙΝΟΜΕΝΟΥ, ΓΙΝΗΤΑΙ, εἰ τὸ ὕστερόν ἐστι καὶ τὸ πρότερον εἶναι ἢ γίνεσθαι. Τοῦτο δ' ἐστὶ ψεῦδος. Δι' ὃ ΕΙΗ ΑΝ τὸ πρῶτον ψεῦδος. ΑΛΛ' ΟΥΔΕ τότε ὄντος, ἀνάγκη εἶναι ἢ γίνεσθαι ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

p. 92. l. 7. ἐνδέχεσθαι] Reſcribendum ἐκδέχεσθαι, quod eſt, juxta Lexicographum, ἀπείργειν. κωλύειν.

Ibid. l. ult. ἀγαθοῖς] Verſionis antiquæ auctor *bonus poëta*, ac ſi ἀγαθὸς in exemplari, quo uſus eſt, legeretur. Sed nihil immutato opus.

Ibid. ἐμφανίζει] Dimidia pars Codicum ἀφανίζει, ἀδύνων τὸ ἄπορον. Quod libens amplector. Eſt autem ἀφανίσαι, ἀνελεῖν καὶ ἀφανὲς ποιῆσαι. Matth. c. VI. v. 16. ἀφανίζουσι τὰ πρόσωπα, ubi Chryſoſtom. διαφθείρουσι καὶ ἀπολύουσι. Sic et Thom. M. ἀφανίζεται ἀντὶ ἀφανὴς ὅπερ καιρὸν γίνεται. Φιλόστρατος ἐν Εἰκόσιν, Οὐκ ὡς ἀφανισθεῖεν εἰς μίαν ἡμέραν. Atque Euſtath. Odyſſ. p. 261. ed. Baſ. καὶ σπεῖρα τὸ λαμπρὸν εἶδος ἀφανίζουσι. Similiter Nicoſtratus apud Stob. p. 445. πόρρω δ' ἂν εἴη καὶ τοῦ δεδῆναι (l. δεδῆναι) γυνὴ ὑγιαίνουσα καὶ ψιμυθίῳ καὶ ὑπ' ὀφθαλμῳ ὑπογραφῆς καὶ ἄλλου χρώματος ζωγραφοῦντος καὶ ἀφανίζοντος τὰς ὄψεις.

p. 94. l. 3. ἢ μὴ π.] Vix ac ne vix quidem alius eſt locus, in quo infelicius ſe geſſerit Interpretum agmen. Tu vero ſic mecum repone, libris quoque manu tranſcriptis ſuffragantibus: ΕΙ μὴ γὰρ προείλετο μιμήσασθαι ἀνδυναμίαν, ΑΥΤΗΣ ἁμαρτία. ΕΙ δὲ τὸ προελέσθαι ΜΕΝ (Cod. Lampridii apud Mad.) ὀρθῶς, ἀλλὰ ΤΟ ΙΠΠΟΝ ἀμφὶ τὰ δεξιὰ προελκύσασθαι, ἢ τὸ καθ' ἑκάστην τέχνην ἁμάρτημα, οἷον, τὸ κατ' ἰατρικὴν, ἢ ἄλλην τέχνην εἰ ἀδύνατα ΠΕΠΟΙΗΤΑΙ ΟΠΟΙΑΟΥΝ ἢ καθ' ἑαυτήν. Quæ Latine ita ſonant: Si quidem propoſuerit impoſſibilitatem imi-

tari, ipsius est peccatum : si vero ea, quæ fieri possunt, imitari velit, sed in exprimendis his erret, ea scilicet alio, quam revera sint, modo describens, ut si dicat equum pedes ambos dextros simul ante porrigentem, aut si quid peccati admittatur in his, quæ alterius artis sunt, ut si e. gr. in Medicina aut alia quapiam arte, ex qua materiam scribendi hinc inde sibi subministrat, propter illius ignorantiam impossibilia fecerit, hæc, inquam, qualia demum cunque fuerint, non sunt Poëticæ errata per se, *sed per accidens.*

Alterum illud κατὰ συμβεβηκὸς recte ab Aristotele abjudicavit Morellius, ut nunc ex scriptis libris constat. Nos quoque ex eorundem Codicum auctoritate verba ταῦτ' ἂν delenda esse credidimus, ut integra lectio sit : ἀδύνατα ὁποιαδὴν ἃ καθ' ἑαυτήν. Immo affirmat Mad. in aliquibus codicibus a se visis particulam illam ab εἰ ἀδύνατα ad ἂν ἡ inclusive omitti, quam tamen rectius servari posse existimat.

Porro notandum est Aristotelem in libro de incessu animalium, p. 744. ed. Duvall. animalia, quæ quaternis notis incedunt, posteriorem sinistrum pedem cum anteriori dextro movere simul dicere: κινεῖται τὰ ὀπίσθια πρὸς τὰ ἔμπροσθεν κατὰ διάμετρον· μετὰ γὰρ τὸ δεξιὸν τὸ ἔμπροσθεν τὸ ἀριστερὸν τὸ ὄπισθεν κινεῖσθαι· εἶτα τὸ ἀριστερὸν τὸ ἔμπροσθεν. μετὰ δὲ τοῦτο, τὸ δεξιὸν τὸ ὄπισθεν· αἴτιον δ' ὅτι εἰ μὲν τὰ ἔμπροσθεν ἅμα καὶ πρῶτον (γρ. καὶ ὄπισθεν) διέστασαν ἄν, ἡ κατὰ πρόσθεσις ἡ βάδισις, οἷον ἐφελκομένοις τοῖς ὄπισθεν τῇ τάσει. ἔτι δ' οὐ πορεία, ἀλλ' ἄλσις τις τοιοῦτον· χαλεπὸν δὲ συνεχῶς ποιεῖσθαι τὴν μεταβολὴν, ἀλλόμενον. Quæ hunc locum non mediocriter illustrant.

p. 95. l. 5. τὸ τέλος εἴρηται] Heinsius τὸ τέλος οὖρηται. Præstat autem vulgo recepta lectio, nisi quod particula οἷον, quam membranæ non agnoscunt, a contextu sit ableganda, hoc modo, τὸ δὲ τέλος εἴρηται εἰ ἔτως ἐκπληκτικώτερον ἢ αὐτὸ, ἢ ἄλλο ποιεῖ μέρος.

p. 95. l. 7. Ἡι] Victorius εἰ, quem in paraphrasi sua

ſua ſecutus eſt Goulſtonus. Sed edita lectio concinnior, atque ἀτλικώτερα.

Ibid. l. penult. ἔτι ποτέρων] Sic MSSptorum quicquid ubique eſt; nullo tamen, opinor, ſenſu. Tu lege facili, at certiſſima emendatione: ΑΤΟΠΩΤΕΡΟΝ ὅ ἐστι τὸ ἁμάρτημα τῶν κ᾽ τὴν τέχνην ΤΟΥ κατ᾽ ἄλλο συμβέβηκ⊙. Ut loci ſententia ſit: Præterea abſurdum magis eſt, cum Poëta aliquod peccatum eorum, quæ ad artem ſuam per ſe ſpectant, admiſerit, quam cum in iis, quæ alterius ſunt negotii per accidens titubaverit. Minus enim errat, ſi ob ignorantiam cervam habere cornu dicat (ut Pindarus, Anacreon, Callimachus, alii fecere) quam ſi prave ea cornua deſcripſerit, quod Poëticæ proprium eſt. Nihil verius hac emendatione, cui etiam adſtipulatur, ex teſtimonio eruditiſſimi Madii, Codex Lampridii manu exſcriptus.

p. 97. l. ult. ἄλλ᾽ ἔτυχεν] Repone ex emendatione Victoriano-Heinſiana: ἀλλ᾽ ἔτυχεν, ὥσπερ Ξενοφάνης (vel Ξενοφάνει M. 14. 16. 21.) ἐ σαφῆ πάλε. Hanc caſtigationem, quæ adeo ingenioſa eſt, ut nihil ſupra, recte ſecutus eſt in verſione ſua Goulſtonus.

p. 101. l. 3. Ζωρά τε] Membranæ omnes, uti et verſio antiqua ἀθάνατα· ζῶα τε. At ſinceram lectionem reſtituit nobis Mad. ex Simplicio, l. 1. de Phyſica auſcultatione:

Ζωρά τε τὰ πρὶν ἄκρητα.

Hos eoſdem verſus Athenæus quoque, l. 10. refert, ubi ait Theophraſtum ἐν τῷ περὶ μέθης voluiſſe ex hoc Empedoclis loco ζωρότερον id eſſe quod κεκραμένον dicimus.

Ibid. l. 7. κεκραμένον] Totus hic locus in hunc modum conſtitui debet: οἷον τὸν κεκραμένον οἰνόν φασιν εἶναι ὅθεν πεποίηται ὁ Γανυμήδης

——— Διὶ οἰνοχοεύειν

ἐ πινόντων οἶνον. καὶ χαλκέας τὸς τὸν σίδηρον ἐργαζομένες· ὅθεν εἴρηται

——Κνημὶς νεοτεύκτῳ καὶ πτέρνιον.
Εἴη δ' ἂν ΑΥ τοῦτό γε κ. λ.

p. 101. l. ult. ὑπεναντίωμά τι] Libri M. 14. 16. 21. calamo exarati, cum Verſione antiqua ὑπεναντιώματι; Ed. Baſ. ὑπ' ἐναντίωμαι. Sed præſtat forte vulgata lectio, quam adſtruunt etiam Cod. Lampridii apud Mad. nec non M. xiv.

p. 102. l. 2. οἷον] Codices Medd. omnes: οἷον ΤΟ

——τῇ ξ' ἔχετο χάλκειον ἔγχος,
ΤΟ ταύτῃ κωλυθῆναι. Rectè.

Ibid. l. 6. ὅτι ἔνιοι] Rem ſanam hic emendare voluit Heinſius, ſic: ὅτι ἔνιοι ἀλόγως προϋπολαμβάνουσι καὶ αὐτοὶ ΚΑΤΑΣΟΦΙΣΑΜΕΝΟΙ συλλογίζονται ὡς ΕΙΡΗΚΟΤΙ ὅπ δόκει ἐπιτιμῶσιν κ. τ. ἑ. Atqui nihil opus eſt mutato cum verba, ut nunc ſe habent, eundem ſenſum ſatis commode exhibent. Egregie dictum καταψηφισάμενοι, ut ſenſus ſit: hi perinde ac *judices quidam decernentes* ratiocinantur, et cum ſuum ὅτι δοκεῖ, quod ipſis videatur, pronunciarint, indignantur ſi quid eorum exiſtimationi contrarium ab aliquo proferatur.

p. 103. l. 6. Διαμάρτημα] Hanc vocem in duas reſolvit poſt Madium Victorius. Non malè.

p. 104. l. 1. τοιέτους] Codd. M. omnes, uti et alter Lampridii: τοιέτους δ' εἶναι οἵους Ζεῦξις ἔγραφεν, ἀλλὰ βέλτιον. Mad. contrà voces illas ἀλλὰ καὶ expungendas cenſet; quod et ferri poteſt. Nos vero locum hunc, qui multum negotii jam dudum faceſſit interpretibus, ſic utcunque ſanitati reſtituendum eſſe credimus: πρὸς ὃ τὸ βέλτιον, τοιούτους εἶναι, οἵους Ζεῦξις ἔγραφεν· τὸ γὰρ παράδειγμα δεῖ ὑπερέχειν. Πρὸς ὃ ἃ φασι, τάλογα (ſub. δεῖ ἀνάγειν·) ἕτω τε, καὶ ὅπ ποτὲ ἐκ ἄλογα ὄζιν· εἰκὸς γὰρ κ. λ. Satis enim patet tertium hic deſiderari membrum πρὸς τὴν δόξαν, cui ſynonymum eſt πρὸς ἃ φασι. Ergo hoc illius vicem occupat, quod Ariſtotelicum eſſe pluribus exemplis, ſi tam neceſſe quam facile

eſſet,

eſſet, confirmari poſſet. Immo haud aliter ſupra in ipſo hujus capitis ingreſſu locutus eſt noſter: Αὐτῆς δ' τ῀ ποιητικῆς δίτλη ἡ ἁμαρτία, ἡ μὲν καθ' ἑαυτὴν, ἡ δὲ κατὰ συμβεβηκός. εἰ μὲν γὰρ προείλετο μιμήσασθαι ἀδυναμίαν, αὐτῆς ἡ ἁμαρτία, εἰ δὲ τὸ προελέσθαι μὲν ὀρθῶς, ἀλλὰ τὸν ἵππον ἄμφω τὰ δεξιὰ προβεβληκότα κ. τ. λ. οὐ καθ' ἑαυτήν. Ergo κατὰ συμβεβηκός.

Cl. Batteuſius in elegantiſſima verſione hujus libri Franco-Gallica verba hæc ſic ordinanda eſſe contendit: τοιούτους δ' εἶναι, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ βέλτιον, οἵους Ζεῦξις ἔγραφεν· τὸ γὰρ παράδειγμα δεῖ ὑπερέχειν. Cic. Invent. l. 2. de Zeuxide hæc habet: Præbete, inquit, ex iſtis virginibus formoſiſſimas, dum pingo id, quod pollicitus ſum vobis. Neque enim putavit omnia, quæ quæreret ad venuſtatem uno in corpore ſe reperire poſſe, ideo quod nihil ſimplici in genere omnibus ex partibus perfectum natura expolivit.

p. 105. l. 1. Αἰγείπτῳ] Schützius Præf. ad Chreſtomath. Gr. V. I. Ὀρθὴ δ' ἐπιτίμησις καὶ ἀλογία καὶ μοχθηρία, ὅταν μὴ ἀνάγκης ὄσης, μηδὲν χρήσεται τῷ ἀλόγῳ, ὥσπερ Εὐριπίδης ἐν τῷ ΑΙΓΕΙ· Ἢ ΤΗΙ ποιητικῇ, ὥσπερ ἐν Ὀρέστῃ τῷ Μενελάῳ. Haud aliter p. 47. ἔστι δὲ παράδειγμα ποιητικῆς μὲν ἤθους μὴ ἀναγκαῖον (l. ἀναγκαίῳ) οἷον ὁ Μενέλαος ἐν τῷ Ὀρέστῃ. Quæ hanc emendationis ſupra allatæ partem extra aleam ponunt. Ægeum vero, Fabulam Euripidis deperditam, memorant Clem. Alexand. 6. Strom. p. 622. Stobæus. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Aves; Euripidis ad Medeam, v. 167. Suid. in δεκατεύειν.

p. 106. l. 2. ἀειθμῶν] Heinſius: αἱ δὲ λύσεις ἐκ τῆς εἰρημένων σκέψεως· εἰσὶ δὲ ΑΡΙΘΜΩι δώδεκα, certiſſima emendatione.

p. 107. l. 1. αὐτὸς προδῇ] Vexatiſſimum hunc locum, ex quo expedire ſe nemo Interpretum adhuc potuit, ita in literis ad me datis integritati reſtituit, ſummo ingenio vir et noſtris præconiis omnino major,

jor, J. Toup: ἂν μὴ ΑΥΛΟΣ ΠΡΟΣΗι. Quod alii post eum probabunt.

Florius in versione hujusce libelli, Hispanico Idiomate conscripta, post Batteusium atque Heinsium: ἂν μὴ αὐτὸ προσθῇ, h. e. quasi nihil, nisi hoc accederet, sentirent spectatores. "Como si los oyentes no entendieran lo que se hace, a no egecutarse por los actores muchos i acelerados movimientos." Minus bene.

p. 108. l. 1. Πινδάρε] Utrum Πινδάρε, Τυνδάρε aut Δαρείε legas, parum aut nihil refert, si mimum omnino Aristotelem notasse oportuerit. Sed fortasse hæc de Pindaro illo πολλῶν καὶ καλῶν ὑμνων τῷ θέῳ χορήγε intelligenda, qui et ipse ex testimonio Suidæ, Dithyrambos, Hyporchemata immo et Δράματα τραγικὰ ις scripserat. Reliqua ad mentem Victorii ordinanda, nempe: ὡς δ' οὔπω ἔχουσι πρὸς αὐτὸς ἡ ὅλη τέχνη πρὸς τ' ἐποποιΐαν ἔχει. Ut loci sententia ea sit, quam in versione sua expressit Goulstonus. Quod vero pro ἡ ὅλη reponendum esse ἡ ἄλλη crediderit Heinsius, absurdum id esse nemini non liquet.

p. 108. l. 2. πρὸ] Codd. M. 14 21. πρὸς θεατὰς. Quæ forte verior lectio.

p. 109. l. 5. μιμουμένων] Castelvetrius μιμουμένοις. Nobis vero integrum hoc atque sanum esse videtur.

Ibid. l. 6. ἐποιεῖτο] Editio princeps Aldina ποιεῖτο. Sed in exemplaribus Mediceis omnibus, uti et Lampridii altero, manu transcriptis, nec non versione antiqua legitur ποιεῖ τὸ. Quod et unice verum. Scilicet idem asseruit noster p. 24. l. 11. hujusce libelli: ἡ γὰρ τ' τραγωδίας δύναμις καὶ ἄνευ ἀγῶνος καὶ ὑποκριτῶν ἐστιν.

Ibid. l. penult. δίδη] Repone non dubitanter ἐστιτὰ ΔΕ ὅτι. Quæ lectio quin ab Aristotelis manu fluxerit non dubitari posse existimo.

Ibid. l. ult. τῷ μέτρῳ] Aut hic pro μέτρῳ rescribendum est ἑξαμέτρῳ, aut certe verba hunc præ se ferunt

runt ſenſum. Vide nos ad p. 83. l. 1. Nam ſi Iambum intelligere voluiſſet Philoſophus, voce χρῆται, præſenti tempore, uſus eſſet. Scilicet, cum prius omnia Tragœdiæ ineſſe, quæ in Epopœia ſunt, affirmaverat, hic tacitæ objectioni occurrit: Poſſet enim quis dicere: Epopœia utitur carmine heroico, quod σεσιμώτατον καὶ ὀγκωδέστατον τῷ μέτρων ἐστιν, atque ideo heroici carminis nomine cohoneſtatur, quod cæteris præſtet. Tragœdia non utitur. Ergo Tragœdia non habet cuncta, quæ in Epopœia reperiuntur. Reſpondet Ariſtoteles, ideo ſe dixiſſe, quæcunque in Epopœia ſunt, in Tragœdia quoque reperiri, quoniam, licet Iambica magis Tragœdiæ convenire videantur, nihil tam repugnet, quinetiam Hexametris uti poſſit Tragœdia.

Mox pro ὅτι cum Victorio legendum eſſe ἔτι credi-derim, quamvis citra ſcriptorum librorum auctoritatem.

p. 110. l. 1. τὰς ἡδονὰς] Editor Oxonienſis minor ſic reſcribendum proponit, δι' ἧς (τὸ ὄψεως) τὸ ἡδονῆς σωίζονται ἐναργέστατα, *per quam voluptatis pars evidentiſſima efficitur.* Sed præſtat lectio illa, quam Victorius in exemplari quodam inveniſſe ſe teſtatur et Codices Medd. omnes exhibent: δι' ἧς αἱ ἡδοναὶ σωίζονται ἐναργέστατα. Niſi forte retinenda ſit vox ἐπίζονται ex codicum 14. 16. auctoritate. Cæterum nominis adjectivi pluralis numeri adverbiaſcentis exempla affatim ſuppeditabunt ſcriptores optimi. Cf. Spanhem. ad Ariſtoph. Plut. 46. Reitz. ad Lucian. de C. H. cap. 48. et Hemſterhus. ad ejuſdem Somn. S. 2.

Ibid. l. 3. ἀναγνώσεσι] Codices nonnulli Venetiis à Madio excuſſi ἀναγνώσει, quæ, ut certè germana eſt lectio, ita et Dacerio poſt Heinſium, Madio et Lombardo præeuntibus, in mentem venerat; Goulſtonus: *deinde et ſummam quoque evidentiam habet, cum*

cum in Agnitione, tum in operibus ſingulorum dramatum propriis. Nullo, opinor, ſenſu. Recte Heinſius: *Deinde evidentius quid in legendo et in iis, quæ aguntur, habet.* Ἐπὶ τῆς ἔργων, inter repræſentandum. Cf. p. 10. ult.

Mox pro τῷ reſcribendum eſſe omnino τὸ, accuſandi caſu ſuadet præcedens ἔχει, ut conſtructio ſit ἔτι (ἔχει) τὸ ἓν κ. τ. ἑ.

Ibid. l. ult ἀνάγκη] Cum libri omnes manu exſcripti hanc vocem non agnoſcant, et, ſalvo loci ſenſu, abeſſe poſſit, nos quoque eam ab Ariſtotele abjudicamus.

Ibid. βραχέα] Membranæ omnes βραχέως. Sed ne hilum quidem intereſt. Idem de vocibus dicam? an voce μύκρον et μίκρον notandum, quæ cum librariis pronunciatu eædem fuerint, re quoque et ſenſu eædem ſint neceſſe eſt.

p. 111. l. 1. μέτρα] Cod. M. 14. λόγα. Quæ lectio apertior eſt. Sed nihil temere immutandum.

Ibid. l. 2. ἐὰν ᾖ πλείους] Gloſſema hoc eſſe neſcio cujus, mentem Philoſophi in periodo longiore non capientis, perſuaſum me habeo. Reſcribe igitur, ſuffragantibus MSStis, ἢ ἀκολουθοῦντα τῷ τῶ ΛΟΓΟΥ μήκει, ὑδαρῆ. Λέγω δ' οἷον, ἐὰν ἐκ πλειόνων πράξεων ᾖ συγκειμένη, ὥσπερ ἡ Ἰλιὰς ἔχει πολλὰ τοιαῦτα μέρη καὶ ἡ Ὀδύσσεια, ἃ καὶ καθ' ἑαυτὰ ἔχει μέγεθος. Dubitare enim quiſpiam merito poſſet quonam modo dicatur à Philoſopho epicam Homeri conſtitutionem ejuſmodi eſſe, ut ex ea plures tragœdiæ conficiantur, cum ſuperius in hoc præcipue Homerum præ cæteris poëtis laudarit ὅτι Ὀδύσσειαν ποιῶν οὐκ ἐποίησεν ἅπαντα, ὅσα αὐτῷ συνέβη, ἀλλ' ἃ περὶ μίαν πρᾶξιν συνέστησαν. Cui dubitationi ſic occurrendum: Epopœiam, quatenus in ea epiſodia ita magna ſunt, ut ex eorum aliquibus Tragœdiæ confici poſſint, eatenus dici plures actiones continere; quatenus vero illa omnia in unam potiſſimum acti-

actionem, quæ Poëmatis Fabula nuncupatur, ordinantur sic eam unius actionis dici. Vid. p. 84. sq.

Porro notandum est vocis ὑδαρῆ eundem esse sensum, qui præcedentis πολλῷ κεκραμένον τῷ χρόνῳ, metaphora a vino sumpta.

Ibid. l. 11. καὶ αὐτῶν] A voce αὐτῶν ad voces τὸ διαφέρει exclusive, omittunt Codd. Medicei omnes. Neque profecto diffitendum est, hæc, utpote quæ glossatorem redoleant, rectius amoveri posse, ut lectio sit: Περὶ μὲν ἓν τραγῳδίας καὶ ἐποποιίας καὶ αὐτῶν καὶ τὸ διαφέρει καὶ τῶν οὖ κ. λ. Quod vero Mad. pro οὖ rescribendum esse ἓν existimaverit, nauci non est.

ADDENDA.

P. 5. l. 1. μίμων] Omnino legerim νόμων cum editione principe Aldina et versione antiqua, uti et infra p. 7. ult. νόμους ex auctoritate librorum Mediceorum omnium, nec non Ald. et Vall.

P. 10. l. 14. τὸ χαίρειν] Expressi, quam inveni, editam lectionem. Non ambigo tamen, quin exaraverit Philosophus ΤΩι χαίρειν ut cum antecedente τούτῳ melius cohæreat.

P. 11. l. 3. ἀχριωτάτων] Batteusius post Victorium, suffragantibus libris Medd. ad unum omnibus, nec non versione antiqua ἀτιμοτάτων. Recte, si quid judico. Neque enim animalia, eo quod ferocia sint λυπηρῶς ὁρῶμεν, immo potius visis delectamur. Bufones vero, serpentes aut cadavera, ἀτιμότατα cum sint, nemo lubens intuetur.

P. 12. l. 8. Μαργείτης] Hephæstion de Carminis ratione in Margite: Μετρικὰ ἄτακτα. ὅσα ἐκ μέτρων μὲν ὁμολογουμένων συνέστηκε, τάξιν δὲ καὶ ἀνακύκλησιν ἐκ ἔχει, ἔστε κατὰ στίχον, ἔστε κατ' συσήματα, οἷος ἐστιν ὁ Μαργίτης, ὁ εἰς Ὅμη-

ρον ἀναφερόμενος, ἐν ᾧ παρέσπαρται τοῖς ἔπεσιν Ἰαμβικὰ, καὶ ταῦτα ἑπτὰ καὶ ἴσον σύστημα. Idem fere Mar. Victorin. de Iambis ſex aut ſeptem Syllabarum loquens: "Hoc genere verſuum primus uſus eſt Homerus in Margite ſuo, nec tamen totum carmen ita digeſtum perfecit, nam duobus pluribuſve Hexametris antepoſi is, iſtum ſubjiciens copulavit." Hoc opus videtur ab Homero juvene adhuc tentatum non ut peſſimum, quod Barneſius voluit, ſed potius fatuum hominem atque ad omnia ineptum repræſentaret. Quod tam ex ipſius poëmatis ejus relliquis, quam ex teſtimonio veterum confirmatur. Cf. Baſil. in libro ὅπως οἱ νέοι ὠφέλοιντο ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν λόγων; noſtrum Eth. VI. 7. Clem. Alexand. Stromat. l. 1, &c. Suid. Μαργείτης ἐπὶ μωρίᾳ κωμῳδούμενος, ὃν φασιν ἀειδμῆσαι μὲ μὴ πλείω τῆς ἑ δυνηθῆναι· νύμφην δ' ἀγόμυδον μὲν ἄφαυσαι αὐτῆς, ἀλλὰ φοβεῖσθαι λέγοντα μὴ τῇ μητρὶ αὐτὸν ἀμβάλλῃ κ. λ. Unde conſtat verſus hoſce a Scholiaſte ad Euripid. Oreſt. v. 249. citatos, quos alii ad Odyſſeam λ. 438. perperam retulerunt, Margiti eſſe vindicandos:

Ὡς ὃ Κλυταιμνήστρη λείπουτ' Ἀγαμέμνονα δῖον
Αἰγίσθῳ παρέλεκτο· καὶ εἵλετο χείρονα κοίτην
Ὡς δ' Ἑλένη ἤρχυε λέχος ξανθοῦ Μενελάου.

P. 13. l. 2. κωμῳδίας οἱ] Excidit hinc, prelo currente, annotatio illa, quæ inter Uptonianas ad hanc paginam nona eſt, videlicet: "Victorius locum hunc mancum ac decurtatum, ope duorum calamo exaratorum librorum, ſic reſtituit: παφαφανείσης δ' τ' τραγῳδίας καὶ κωμῳδίας οἱ ἐφ' ἑκατέραν τὴν ποίησιν ὁρμῶντες. Sylburgius.

P. 53. l. 2. Ἀλκινόου ἀπολόγῳ] Retinendam eſſe veterem lectionem conſtat ex loco huic fere gemino, Rhet. III. p. 149. ed. Sylb. ἔτι πεπραγμένα δεῖ λέγειν ὅσα μὴ πραττόμενα ἦν οἴκτου, ἢ δείνωσιν. φέρει παράδειγμα ὁ Ἀλκινόου ἀπόλογος.

INDEX

INDEX

RERUM ET LOCUTIONUM

QUARUNDAM SINGULARIUM,

QUÆ IN HOC OPERE OCCURRUNT.

A.

AEGEUS, Fabula Euripidis deperdita, p. 105, 1. 309.
Αισχίλιος δίφρος 11, 4.
Αἴθεις τραγῳδίαι 21, 2.
Aeſchylus 14, 8. ejus Philoctetes 60, 11.
Agatho, ejus ἄνθος 31, 13. Achilles 50, 2. 291. quare impegerit 60, 11. ejus inventum 61, 11.
Ἀγωνίσματα ποιεῖν 32, 13. 285.
Αἰνίγματος ἰδέα 76, 3.
Ajaces, Fabula 59, 4.
Alcinoi apologus 53, 2. 315.
Alcmæonis matricidium 44, 8.
Amphiarai abſtruſio 55, 12.
Ἀναγνώρισις τί 35, 5.
Ἀπαριθμέω quid 289. Vid. etiam Valcken. Theocr. p. 329.
Ἀπὸ μηχανῆς 48, 8.
Ἀρήτης, Sacerdos 73, 3.
Ariphrades (M. 14. Ἀνάφρακος) Tragœdos taxat 81, 9.
Ariſtophanis imitatio 9, 6. Fragmentum 287.
Ariſtoteles emendatur, Rhet. 277. 302. Eth. Nicom. 280.
Ἀσπὶς Διονύσου 71, 2.
Aſtydamantis Alcmæon 44, 17.
Ἀφηνίζειν τί 305.
Ἄφωνον quid 64, 7.

B.

Βαρύκελαδος quid 76, 1.
Batteuſius notatus 309.
Beattie, Eſſay on Poetry and Muſic, laudatur 291.
Βοῶσι pro κράζουσι 81, 71.
Burgeſs laudatur 298. 303.

C.

Callippides taxatus 109, 4.
Carcinus reprehenſus 55, 12. Ejus Thyeſtes 50, 11.
Cephaleniorum de Icario fabula 103, 4.
Chæremonis Centaurus vel Hippocentaurus 4, ult. 88, 9. 270.

Chonnides (l. Chionides) poëta 9, 13. 274.
Cleophontis poëſis 7, 8. 75, 9.
Clepſydris utebantur olim in agendis fabulis 26, 11. 285.
Chloëphorôn (l. Choëphorôn) ἀναγνώρισις 53, 5.
Comœdiæ inventum qui ſibi vendicent 9, 10.
Comœdorum chorus à quo conceſſus 16, 3.
Crates vetuſtiſſimus fabularum apud Athenienſes poëta 16, 9.
Creſphontes, fabula 45, 12.
Cucurbitulæ apud veteres ex ære factæ 301.
Cyclopes, vel Cyclops, Philoxeni 8, 1. 272.
Cypria Dicæogenis 53, 1.
Cypria poëſis 85, 5, 7.

D.

Danaus in inſidiarum machinatione perit 53, 3.
Deliadis auctor 7, 10. 273.
Δεξιπρὸς pro δεξιός 74, 4.
Δίσις in Tragœdia quid 58, 8.
Δῆμοι Athenienſibus ſunt quæ aliis κῶμαι 10, 3.
Διανοίας περὶ 19, 7. 24, 3. 62, 2.
Dicæogenis Cypria 53, 1.
Διηγηματικὴ μίμησις 88, 5. ποίησις 83, 1.
Dionyſius ſimiles effinxit 7, 3.
Dithyrambica poëſis 1, 8. 5, 5. 82, 7.
Dorienſes Comœdiam ſibi et Tragœdiam vindicant 9, 10.
Δράματα unde dicta 9, 7.
Δρᾶν idem quod ποιεῖν 10, 5.
Δύσμαι βίᾳ 72, 4.
Δῶ pro δῶμα 73, 9.

E.

Electra, fabula, 92, 2.
Ἐμβόλιμα ᾄδειν 61, 11, 12. Vid. Heſych. in ἐμβόλιμα ἔπη.
Empedocles et Homeri poëſis quid habeat commune 4, 4. ejus loci 72, 4. 100, 10.
Ἐξηλλαγμένον ὄνομα quid 74, 2.
Ἐξάρχειν τὸν διθύραμβον 14, 2. 276. ſq.
Ἐπεισόδιόν τί 37, 12. Suid.
Ἐπεισοδιώδης πρᾶξις καὶ μῦθος 32, 9, 10.
Ἐπεκτεταμένον ὄνομα 73, 4.
Ἐπίκτητα σημεῖα 51, 1.
Epicharmus primus fabularum poëta 16, 7. ejus vetuſtas et inventa 9, 12. Cf. Chph. Sax. Onomaſt. Literar. pp. 33. 537.
Ἐποποιϊκὸν σύστημα τί 60, 4.
Ἐποποιητικὴ μίμησις 106, 3.
Eriphylæ cædes 44, 8.
Ἐρυτὰς Cornua. Heſych. ἐρυτάς. ἔρση, βλαστήματα, κλάδοι.
Euclides priſcus 77, 10.
Εὐείδης Cretenſibus ὁ εὐπροσωπος 99, 5.
Euripides 97, 1. 80, 7. 40, 14. 41, 1. 61, 9. ejus Medea 44, 13. 60, 10. Niobe ibid. Aegeus 105, 1. 329. Oreſtes 105, 1.
Eurypylus, Tragœdia 85, 9.
Ἡδύσμενος λόγος τις 18, 5. 284.
Ἦθος quid 23, ult.
Ἡμίφωνόν τί 64, 8.

Florius

F.

Florius notatur 310.

G.

Galenus Gloſſ. Hippocrat. emendatus 284.
Ganymedes, Jovis pocillator 101, 11.
Γηγενεῖς. Vid. Wyttenb. in in Plut. de S. N. V. p. 88. not.
Glauco, Rhetor, 102, 6.

H.

Hæmon Sophocleus 45, 4.
Hegemon primus in Theatris certavit Parodiis 7, 9. collat. cum Athenæo apud Fabricium B. Gr. T. I. 354.
Heracleidis auctor qua in re deliquerit 28, 2.
Hippocentaurus Chæremonis 4, 8.
Homerus 7, 8. 8, 8. 12, 13. 28, 5. 50, 2. 84, 9. 86, 6. 88, 11. 90, 3. ejus Margiti fragmentum inſigne vindicatum 314, Homericum Proœmium à Protagora cur reprehenſum 63, 12.

I.

I, η, υ, ει et οι apud librarios pronunciatu eædem 269. 277. 312.
Ιαμβικὸν καὶ τετράμετρον κινητικά 88, 6.
Icadius pro Icarius 103, 6.
Ilias parva 85, 6. 8.
Ἰλίου πέρσις, Tragœdia 85, pen.
Ipigenia Aulid. 48, 1.
Iphigeniæ Tauricæ argumentum 56, 11.
Iphigenia Polyd. 54, 1. 57, 7.
Ἰξίονες, Fabula 59, 4.

K.

Κερκίδος φωνή 52, 7.
Κολλᾶν χαλκὸν ἐπ' ἀνίρι 76, 7.
Κόμμοι qui 37, 11. 38. 2. Suid.
Κρῖ apocopatum 73, 9.
Κῶμαι Peloponneſiis, qui Athenienſibus δῆμοι 13, 2, 4. 274. Phot. Lex. MS. Κῶμαι. αἱ βραχεῖαι πόλεις. Κώμας δὲ τὰς ἐν τῇ πόλει δήμους φασὶ προσαγορεύεσθαι· καὶ κωμήτας τὰς δήμοτας ἐν πόλει καὶ οἷον ἐν τῇ αὐτῇ πόλει καὶ μοίρας τῆς πόλεως οἰκοῦντας. οὕτως Ἀριστοφάνης εἴρηκεν ἢ καὶ Θουκυδίδης ἐν τῷ πρώτῳ.

L.

Lacænæ (vel potius πλαγιαῖαι Λάκαιναι juxta Vict. 85, 10.
Lancea Terrigenum 50, 11.
Λεκτικὴ ἀρμονία 15, 9.
Λέξις τί 18, 11. 24. 5. 283.
Leſſing laudatur 278.
Λευκογραφεῖν εἰκόνα 23, 2.
Λόγος ἢ μῦθος 16, 10. 278. ſq. 283.
Λόγχη Γηγένεων 50, 10.
Lucianus de Salt. emendatur 273.
Λύσις in Tragœdiis quid 58, 10.

Lyn-

Lyncei peripetia 35, 2. Lyncei Theodectei δίσις καὶ λύσις 58, 12.

M.

Magnes Poëta 9, 13.
Margites Homeri 12, 8, 16. Margiti Homerico insigne fragmentum restitutum 314.
Medea liberos interimit 44, 13. Medeæ inopinata catastrophe 48, 8.
Meleager, Tragœdia 40, 10.
Μιλοποιϊκὰ quid 18, 13. ἡδυσμάτων maximum 24, 9.
Μιναλίππης ῥῆσις 47, 14.
Meropes respicientia 45, 12.
Μιταξὺ pro ἀδίπτερον 74, 6.
Metaphora quid 69, 9.
Μίτρα μόρια τῶν ῥυθμῶν 11, 12. Cf. Aristid. p. 49. sq. Suid. Mar. Victorin. ed. Putsch. 2494. Quintil. l. VI. c. 4.
Μηχανῆς usus 48, 8.
Mityis statua homicidam perimit 33, 7.
Mnasitheus Opuntius 109, 2.
Μῦθος quid 279.
Μύκρος, μείκρος vox eadem 312.
Μυρίον pro πολὺ 69, 12.
Μύστοι, Fabula 92, 3.
Myniscus seu Menisicus 107, ult.

N.

Neoptolemus, Tragœdia 85, 9.
Neutro plurali verbum plurale addunt Attici 286.
Nicochares Deliadis auctor 7, 10. 273.
Νὴ 81, 12.
Niobe Euripidis 60, 10.
Νίπτρα nomen libri Odysseæ T. 51, pen.
Νομίζειν in more habere 14, 3. 98, 6. 276. Suid. in νομιζόμενα.
Nomorum imitatio 5, 5. Cf. Auctorem Tractat. de Decreto Lacedæmoniorum contra Timotheum Milesium.

O.

Οἰνοχοεύειν per Catachresin de Nectare 101, 12.
Ὀλίγη τράπεζα 81, 4, 5. Sic Lexicographus: ὀλίγη ἀντὶ τῆς μίκρα· καὶ σποδὴν ὀλίγην κεκραμένην κύλικι.
Ὅμαδος αὐλῶν 99, 14.
Ὅπλων κρίσις, Tragœdia, 85, 9.
Oresles matricida 44, 7. Orestes et Aegisthus reconciliati 42, 1. Ut Iphigeniam sororem agnoverit 52, 1.
Ὁρμεῖν species stationis 69, 11.
Οὐρεὺς vox ambigua 98, 14.
Ὄψ pro ὄψις 74, 1.
Ὄψις, ψυχαγωγικώτατον 24, 9.

P.

Πάθος τὶ 37, 2, 3.
Παντες pro πολλοί 101, 1.
Παρεκβάσεις ἐπεισοδίων 56, 10. 292.
Parodiæ V. Hegemon.
Παρῳδὸς χορικὸς 37, 15.
Pauson deteriores effinxit 7, 2.
Peleus, Fabula 5.
Πέρι postpositum 81, 12.
Περιοικίδες pagi 10, 2. Legebam tamen olim πὰς ΠΕΡΙΞ ΟΙΚΙ-

ΟΙΚΙΑΣ. Vid. Tzetz. περὶ διαφορῶν ποιητῶν MS. ad. p. 274.
Peripetia quid 34, 9.
Perſæ Timothei 8, 1. 272. Cf. Cl. Heyne Excurſ. I. in Aen Virg. II. T. II. p. 231.
Philoctetes, Tragœdia 85, 9.
Philoſtratus in Vita Apollonii emendatus 273.
Philoxeni Cyclops 8, 1.
Phœnides, Phinides, ſeu Phinidæ 54, 5.
Phorcides, Fabula 59, 6.
Phormis, primus fabularum poëta 16, 7.
Pindarus, Tyndarus vel Darius, Hiſtrio 108, 1.
Πίθηκος, Callippides ita dictus 107, 6. Vide Heſych. et Suid. in Τραγικὸς πίθηκος.
Πόληος pro πόλεως 73, 8.
Πολιτικῶς λέγειν 23, 7. 282.
Polygnotus bonus morum expreſſor 21, 4. meliores effinxit 7, 2.
Polyides Sophiſta 54, 1. 57, 7.
Πράττειν Athenienſ. idem quod ποιεῖν v. δρᾶν 10, 5.
Προλογος τί 37, 11.
Prometheus, Fabula, 59, 6.
Πρωταγωνίστης λόγος 14, 9.
Protagoras cur Homerum reprehenderit 63, 12.
Πτῶσις ῥήματος 66, 15.
Πτωχεῖα Λάκαινα 85, 10.

R.

Ῥῆμα τι 66, 10.
Ῥῆσις 47, 14. 61. pen. διεξοδικὸς λόγος μακρός Tim. Lexicon et Phot. MS.

S.

Schütz. Chreſtom. Gr. laudatur 309.
Scylla 47, 14. Scyllæ expreſſio 107, 4.
Σίθειν 81, 12.
Σημεῖα in agnitione quot 50, 10.
Sicilia Fabularum poëtas primos dedit 16, 8.
Σίγυνοι 69, 5. Phot. Lex. MS. Σιγύνης τὰ δόρατα.
Sinon, Tragœdia 85, 11.
Siſyphus deceptus 61, 4.
Σκηνογραφίας inventor 14, pen.
Σωκρατικοὶ λόγοι, Socratici dialogi 3, 4. Cf. ſummum Valckenaer in Adnotat. ad Argum. Adoniazus. Theocriti p. 194.
Sophocles 9, 4. 14, 9.
Sophoclei Oedipodis ἀναγνωρίσις 44, 15. περιπέτεια 34, ult. abſurdum 49, 15.
Sophoclis Tereus 52, 7.
Sophronis mimi 3, 3. Vid. Valcken. in l. ſupra laudato.
Soſiſtratus 109, 1.
Σπείρειν φλόγα 72, 10.
Στάσιμον τί 38, 1.
Stheneli poëſis 75, 10.
Στοιχεῖον τί 64, 3.
Συκοφαντεῖν τινα 59, 9.
Σύνδισμος τί 65, 3.

T.

Ταμεῖν pro ἐρύσαι 70, 2.
Theodectis Tydeus 54, 4. ejuſd. Lyncei nexus et ſolutio 58, 12.
Θιεκτίστα φλὶξ 72, 10.

Theſeïdis auctor, qua in re deliquerit 28, 3.
Thyeſtes Carcini 50, ult.
Timotheus V. Perſæ.
Θοινᾶσθαι pro ἐσθίειν 80, 12.
Toup laudatur 292. 303. 309.
Tragœdiæ inventum qui ſibi vendicent 9, 9.
Τραγῳδοδιδάσκαλοι 13, 5.
Troades v. Troïades juxta Codd. Med. omnes, Tragœdia, 85 ult.
Tyronis ἀναγνώρισις 51, 3.
Tzetzis Fragmentum MS. 274.

U.

Ὑδατῆς μῦθος 111, 2.
Ulyſſes 35, 1. 47, 13. 51, 5. 54, 9. 69, 12. 103, 5.
Ὑφηγημένον ὄνομα 73, 4.

V.

Valckenaer laudatur 285.

W.

Wyttenbach laudatur 278.

X.

Xenarchi mimi 3, 3.
Ξενικὸν ἐν λέξει τί 75, 11.
Xenophanes 98, 1.

Φ.

Φαγεδαίνα 80, 12.
Φάρμακα pigmenta 23, 1.
Φιάλη ἄοινος 72, ult. Ἄρεως 73, 1.
Φωνῆεν 64, 10.

X.

Χαλκεύς vox ambigua 101, 10.
Χορικὸν πάροδος 37, ult.

Z.

Zeuxis 21, 3, 5. 174, 2.
Ζῶος vox ambigua 99, 6. 101, 3. 307. Cf. Danſſe de Villoiſon V. Cl. atque nobis amiciſſimum ad T. 1. p. 382. Lexici Homerici Apollonii Sophiſtæ.

GEORGIUS

J. A. DRAKE.